This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Gx
9
909

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

Gx 9.909

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

DE

XENOPHONTIS ANABASI ET DIODORI,

QUAE EST

DE CYRI EXPEDITIONE,

PARTE BIBLIOTHECAE (LIB. XIV, CAP. 19—31)

QUAESTIONES DUAE.

DE

XENOPHONTIS ANABASI ET DIODORI,

QUAE EST

DE CYRI EXPEDITIONE,

PARTE BIBLIOTHECAE (LIB. XIV, CAP. 19—31)

QUAESTIONES DUAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO ORDINE PHILOSOPHORUM LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

RUDOLFUS NEUBERT,

WURZENSIS.

LIPSIAE,

TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXI.

Gx 9.909

HARVARD COLLEGE
MAR 21 1914
LIBRARY.
Constantius fund

SCHOLAE AFRANAE.

Gx 9.909

Harvard College Library

FROM THE

CONSTANTIUS FUND

Established by Professor E. A. Sophocles of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books (the ancient classics), or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books."

I.

De numeris militum in Anabasi I, 2, 9; 7, 10; IV, 8, 15; V, 3, 3; VI, 2, 16 traditis.

Maiore quadam diligentia et perseverantia quicunque in rerum scriptoribus criticam artem exercuit, eum non effugisse arbitror, tantum abesse, ut sola ea scripta, quorum intellectus vel rerum vel sermonis difficultatibus impediatur, interpolationibus et explicationibus sint contaminata, ut etiam in iis libris, qui facillime intelleguntur, libido librariorum effrenata grassata sit. Quod imprimis valet de Xenophontis libris, qui cum genere dicendi utantur facillimo et simplicissimo, scribarum tamen nugis et halucinationibus haud raro deformati sunt. Cobeti enim eiusque discipulorum rationi quamvis astipulari vix possimus, in hoc uno verum eos vidisse mihi persuasum est, quod Xenophontis contextum et mendis et additamentis etiam nunc abundare arbitrantur. Nam qui ante illos Xenophontis libris in integrum restituendis operam impendebant viri docti, de interpolationibus aut nihil plane suspicabantur aut eorum, quae a librariis inserta esse nunc inter omnes constat, fortiter patrocinium suscipiebant. Ita ut unum afferam, Kruegerus[1]) impetrare a se non potuit, ut Usserio[2]) plauderet, qui superioris narrationis repetitiones, quae singulorum Anabasis librorum initiis exstant, interpolatori cuidam iure tribuit. Postquam autem viri docti ad contextum Xenophontis accuratius perscrutandum et investigandum aggressi sunt,

---

1) De authentia et integritate Anab. Xenoph. 1825, pag. 128.

2) Iacob. Usserii Annal. veter. et novi testamenti. Genev. 1722, pag. 125.

DE

XENOPHONTIS ANABASI ET DIODORI,

QUAE EST

DE CYRI EXPEDITIONE,

PARTE BIBLIOTHECAE (LIB. XIV, CAP. 19—31)

QUAESTIONES DUAE.

DE XENOPHONTIS ANABASI ET DIODORI,

QUAE EST

DE CYRI EXPEDITIONE,

PARTE BIBLIOTHECAE (LIB. XIV, CAP. 19—31)

QUAESTIONES DUAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO ORDINE PHILOSOPHORUM LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

RUDOLFUS NEUBERT,

WURZENSIS.

LIPSIAE,

TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXI.

eos praeteriturum fuisse, praesertim cum Chirisophi et Abrocomae mercennariorum adventus diserta hoc loco fiat mentio. Praeterea autem — id quod magnopere premendum est — tantus numerus, quantum Ritschelius constituit, adeo ab iis, quae alii scriptores tradunt, distat, ut multum de verisimilitudine eius coniecturae detrahatur. Nam cum et Diodorus, cuius de Cyri expeditione narratio aliqua ex parte e Ctesiae[14]) commentariis hausta videtur esse, summam totius Graecorum exercitus tredecim milium fuisse dicat[15]) et Plutarchus, qui sine dubio ipsam Xenophontis Anabasin inspexit et semel etiam scriptori nostro adversatus[16]) est, paulo etiam minorem[17]) quam Diodorus numerum prodat, Frontini autem quod fertur testimonium[18]), qui ex quattuordecim milibus decem milia redisse commemorat, vix plus valeat, quam Iustini[19]) decem tantum milia numerantis, Ritschelium paene quindecim milium exercitum (12400 + 2500) statuentem modum excessisse facile patet.

Quamquam hoc pro certo affirmari posse videtur, exercitum Graecorum in itinere adversus regem Artaxerxem non tam deminutum esse, id quod Grotius[20]) defendit, morbo, fuga, aliis causis eum attenuatum[21]) esse opinatus quam auctum; nullum enim ante pugnam detrimentum commemoratur, nisi

14) O. Kaemmel, Kritik der Berichte, Philologus XXXIV, pag. 529

15) Diodorus XIV, 19, 6 et 7.

16) Plut. Artox. 13, 25.

17) Plut. Artox. 6, 30 „Ἑλλήνων τρισχιλίων καὶ μυρίων ἀποδέοντας“.

18) Frontini quod fertur testimonium — nam quartum librum scriptori ipsi non esse attribuendum C. Wachsmuthius, Rhein. Mus. XV, pag. 574 demonstravit — tradit IV, 2, 7, 8 haec: „A quattuordecim millibus Graecorum, qui numerus in auxiliis Cyri adversus Artaxerxem fuit, centum millia barbarorum proelio superati sunt. Eadem Graecorum quattuordecim millia, proelio amissis ducibus, reditus sui cura uni ex corpore suo Xenophonti Atheniensi demandata, per iniqua et ignota loca, incolumia reversa sunt.“

19) In libri quinti cap. ultimo. Hic numerum Graecorum, qui in patriam redierunt, in animo habuisse videtur.

20) Grote, IX. Bd. des Originals; V. Bd. der deutschen Uebersetzung von Meissner, 69 cap. 31 pag.

21) At numerum militum lev. arm. ducentis amplificatum esse legimus!

SCHOLAE AFRANAE.

Rudolfus Neubert, Wurzensis, natus sum a. d. XVIII Cal. Ian. h. s. LV patre Carolo, quem mihi septimum decimum annum agenti morte ademptum esse doleo, matre Maria de Petrikovska. Fidei sum addictus evangelicae. Anno h. s. LXVIII progymnasio Misnensi traditus duobus annis post in gymnasium Sanctae Afrae receptus sum, cuius scholas per VI annos frequentavi Frankio, Ilbergio, Petero rectoribus. Anno LXXV maturitatis testimonium adeptus per unum annum stipendia feci. Deinde cum consilio priore iuris prudentiae operam dandi mutato ad philologiae studia transissem, uno semestri excepto, quo Argentorati literas tractavi, Lipsiae scholas adii virorum illustrissimorum, Arndtii, Curtii, Drobischii, Ecksteinii, Heinzii, Langii, Lipsii, Overbeckii, Ritschelii, Ribbeckii, Voigtii, Wenkii, Zarnckii.

His omnibus viris, imprimis Lipsio, cuius societati Graecae per tria semestria interfui, gratias ago quam maximas.

I.

De numeris militum in Anabasi I, 2, 9; 7, 10; IV, 8, 15; V, 3, 3; VI, 2, 16 traditis.

Maiore quadam diligentia et perseverantia quicunque in rerum scriptoribus criticam artem exercuit, eum non effugisse arbitror, tantum abesse, ut sola ea scripta, quorum intellectus vel rerum vel sermonis difficultatibus impediatur, interpolationibus et explicationibus sint contaminata, ut etiam in iis libris, qui facillime intelleguntur, libido librariorum effrenata grassata sit. Quod imprimis valet de Xenophontis libris, qui cum genere dicendi utantur facillimo et simplicissimo, scribarum tamen nugis et halucinationibus haud raro deformati sunt. Cobeti enim eiusque discipulorum rationi quamvis astipulari vix possimus, in hoc uno verum eos vidisse mihi persuasum est, quod Xenophontis contextum et mendis et additamentis etiam nunc abundare arbitrantur. Nam qui ante illos Xenophontis libris in integrum restituendis operam impendebant viri docti, de interpolationibus aut nihil plane suspicabantur aut eorum, quae a librariis inserta esse nunc inter omnes constat, fortiter patrocinium suscipiebant. Ita ut unum afferam, Kruegerus[1]) impetrare a se non potuit, ut Usserio[2]) plauderet, qui superioris narrationis repetitiones, quae singulorum Anabasis librorum initiis exstant, interpolatori cuidam iure tribuit. Postquam autem viri docti ad contextum Xenophontis accuratius perscrutandum et investigandum aggressi sunt,

1) De authentia et integritate Anab. Xenoph. 1825, pag. 128.

2) Iacob. Usserii Annal. veter. et novi testamenti. Genev. 1722, pag. 125.

animi ad suspicandum propensiores sunt facti; et alteri quidem ad certam quandam Attici sermonis normam ex aliorum scriptorum comparatione diligenti repetitam Xenophontis contextum corrigere et emendare studuerunt, alteri autem imprimis rerum conexum respicientes et perquirentes demonstrare conati sunt, cum alios Xenophontis libros tum Anabasin tanta interpolationum copia abundare, quantam antea nemo suspicatus erat.

Richteri[3]) autem — hunc enim maxime a me significari quis nesciat! — libellum primum perlegentem me quasi vinculis obstrictum fuisse non habeo cur negem; itaque quamquam Richterum non semper prospero eventu in alienae operae vestigiis indagandis versatum esse concedo, eadem ego ratione eodemque modo quo ille Xenophontis Anabasin pertractandam esse putavi.

Atque nunc quidem quaestionem de numeris militum in Anabasi allatis a Ritschelio[4]) olim susceptam, nunc autem, ut videtur, paene oblivione obrutam[5]), retractare animum induxi, non tam certandi cupiditate — quis enim cum Ritschelio pugnare audeat? — quam spe permotus, aliquid Ritschelio probabilius me hac de re exprompturum esse. Et alterum quidem eorum locorum, de quibus Ritschelius disputavit, etiam Richterus attigit, cuius disputationi, qua satis gravibus argumentis usus eum removendum esse censuit, nonnulla adicere infra in animo est.

Omnes igitur Anabasis locos ad militum numeros spectantes, quoniam multa continent, quae vehementer inter se repugnent, ipsi autem Xenophonti, quae in ceteris eius est fides atque auctoritas, tanta inconstantia et incuria minime tribuenda est,

---

3) E. A. Richter, Kritische Untersuchungen über die Interpol. in den Schriften des Xenophon, vorzugsweise der Anab. und Hellenika, Programm des herzogl. Lyceums zu Eisenberg, 1872.

4) Ritschl, Opuscula I: Zwei Rechnungsfehler in Xenophons Anab., abgedruckt aus dem Rhein. Mus. f. Philol. N. F. Bd. XIII, 1858, pag. 136—144.

5) Praeter Kaemmelium in disput. quae inscribitur „Die Berichte über die Schlacht von Kunaxa und den Fall des Cyrus am 3. Sept. 401 v. Chr. Philol. XXXIV, pag. 665", Sauppium et Breitenbachium in edit. Anab. solos Ritschelii disputationis mentionem fecisse video.

uno excepto IV, 8, 15 aut omnino e contextu removendos aut certe gravioribus interpolationibus inquinatos esse mihi persuasi. Censentur autem Graecorum milites quinque locis, praeter duos eos, de quibus Ritschelius dixit I, 2, 9; 7, 10 his: IV, 8, 15; V, 3, 3; VI, 2, 16. Et primum quidem de duobus illis locis agam, quibus Ritschelius veram medicinam se adhibuisse putabat, cum utroque loco numeros paucos excidisse statueret.

Priore enim loco (I, 2, 9), ut gravis armaturae summam illam undecim milium militum compleret, § 3 lectionem „ἑπτακοςίους ἄνδρας“[6]), qui numerus militum Pasionis in codicibus deterioribus invenitur, comprobandam, trecentorum autem numerum, quem meliores utrique armorum generi assignant, ad levem Pasionis armaturam solam referendum esse existimavit. Praeterea nobis persuadere vult, eodem loco Sophaeneti nomini substituendum esse Agiae, iam I, 2, 3 commemoratum, quam opinionem ante Ritschelium Koechlyus et Ruestovius[7]) comprobaverant[8]) Kruegero[9]) adversantes, qui Cleanoris et Sophaeneti nomina inter se commutata esse pertinaciter contenderat.

Sed ut planius res perspiciatur, singulorum Graecorum praetorum singula auxilia, quae I, 2, 3, 6, 9 ad Cyrum missa meliorum codicum fide traduntur, hoc loco collecta apponam:

---

6) Legimus § 3: Ξενίας μὲν δὴ τοὺς ἐκ τῶν πόλεων λαβὼν παρεγένετο εἰς Σάρδεις, ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους, Πρόξενος δὲ παρῆν ἔχων ὁπλίτας μὲν εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους, γυμνῆτας δὲ πεντακοσίους, Σοφαίνετος δὲ ὁ Στυμφάλιος ὁπλίτας ἔχων χιλίους, Σωκράτης δὲ ὁ Ἀχαιὸς ὁπλίτας ἔχων ὡς πεντακοσίους, Πασίων δὲ ὁ Μεγαρεὺς τριακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστὰς ἔχων παρεγένετο. (εἰς τριακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστὰς ἔχων E. M. N. R. X. et omisso εἰς A. B. C. D. O. Cet. εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας, nisi quod ἄνδρας ἔχων T.) Ritschelius Xenophontem sic scripsisse suspicatur: Πασίων ὁ Μεγαρεὺς ἑπτακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστὰς ἔχων.

7) Geschichte des griechischen Kriegswesens, nach den Quellen bearbeitet von W. Rüstow und Dr. H. Köchly, 1852, pag. 101.

8) De ampliore lacuna Schenkelius cogitat „Xenoph. Studien“ in den Berichten der kaiserl. Akademie 1868, pag. 602, Ἀγίας ὁ Ἀρκὰς Ἀρκάδας proponens.

9) De integr. Anab. pag. 147. Praeterea vid. editionem Anab.

magis comprobetur quam I, 3, 7: „πλείους ἢ δισχίλιοι λαβόντες τὰ ὅπλα ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ Κλεάρχῳ“. Separatim vero unum quemque praetorem castra posuisse declarat I, 5, 12. Locos certos singulis praetoribus praescriptos fuisse pro certo affirmari non potest, sed suspicari licet ex verbis „κατὰ χώραν“ I, 5, 17. Quae recte Rehdantzius annotat (E. A. 30) significare „χώρα ist die Stelle, welche jeder einnimmt“. Atque alio loco memoriae proditur, castra Graecorum non uno loco collocata sed singulos praetores de singulis vicis sortitos esse: IV, 5, 23. Quo ex loco non sine aliqua probabilitate concludi posse videtur, vocabulo „τάξεως“ etiam unam quamque singulorum praetorum manum significari, quamquam aliis locis alio sensu id esse intellegendum concedo. De suo quisque exercitu singuli praetores summam imperii tenent. Sua enim sponte Clearchus exercitum convocat (I, 3, 2) itemque Menon (I, 4, 13); Neon autem, qui in munus Chirisophi suffectus est, VII, 2, 11 cum suis a ceteris dissidet. Deinde praetoris est, milites suos in iudicium vocare V, 7, 34, sacra rite administrare VI, 4, 13, ea, quae ex praeda exempta et deorum honori destinata erant, servare (V, 3, 4). Nec vero singulos exercitus temere coactos fuisse putandum est. Immo praetorem eiusque milites necessitudine aliqua inter se coniunctos esse manifestum est. Initio enim expeditionis praetores plerumque milites eiusdem gentis, cuius ipsi erant, conduxerant. Atque maxima quidem exercitus pars Peloponneso patria utebatur (I, 1, 6). Sed per-

---

dem führenden Heerestheile“. Idem sentire videtur Sturzius, Lexicon Xenoph. II s. v. ἡγεῖσθαι, cum deleget ad locum VI, 5, 8 (12) „οἱ ἡγούμενοι“ idem atque τὸ ἡγούμενον II, 2, 4: primam partem agminis significare contendens. Equidem II, 2, 4 vertam: „dem Führenden“. Nam de ipsa ducis persona, non de parte agminis agitur. Id quod non solum ex II, 2, 8, ubi iussum antea (II, 2, 4) editum exsequuntur, colligitur, verum etiam ex multis aliis locis concluditur. Confer etiam VI, 5, 22, ubi Xenophon centurionum iussu „τὴν ἡγεμονίαν“ suscepit (οἱ λοχαγοὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον. καὶ ὃς ἡγεῖτο). Advocatur scilicet ad „τὸ ἡγούμενον“, cui vocabulo alio loco (II, 4, 26) genetivus „τοῦ στρατεύματος“ adiungitur. Vertendum autem est τὸ ἡγούμενον: Tête, unde signa et iussa proficiscebantur. Contra pluralis „οἱ ἡγούμενοι“, quem plerique parum diligenter a singulari numero „τοῦ ἡγουμένου“ discernunt, idem exprimit, quod nostrum „die Front“.

scrutemur rem accuratius! Xeniam, Sophaenetum, Socratem, Pasionem Arcades et Achaeos adduxisse, quamquam initio quidem expeditionis non diserte refertur, tamen ex loco quodam (VI, 2, 10) conicere licet. Quibus praetoribus fugitivorum praetorum Xeniae et Pasionis (I, 4, 17) copiae tribuendae esse videantur, postea enarrabitur. Tantum constat, in Socratis Achaei locum Xanthiclem Achaeum successisse (III, 1, 47). Quod ad Clearchum Lacedaemonium pertinet, non tam communis patriae vinculo, quam diuturnitate bellorum in Thracia gestorum cum militibus suis (II, 6, 5) coniunctus erat. Quo necato Timasion Dardanius, quocum Clearchus antea diu stipendia fecerat (V, 6, 24), praetor sufficitur. Simili modo in locum Proxeni obtruncati amicus eius sufficitur Xenophon et Neon Asinaeus (VI, 4, 23) in locum Chirisophi, quem ἑπτακοσίων Λακεδαιμονίων παρὰ Κύρῳ στρατηγῆσαι ex loco I, 4, 3 scimus. Menonem denique Thessalum Dolopes, Aenianes, Olynthios adduxisse I, 2, 6 comperimus. Unum illud non apparet, quid fuerit, cur Menoni Thessalo successerit Philesius Achaeus. Sed simili vinculo atque ceteros hos quoque inter se coniunctos fuisse conicere licet.

Quae cum ita sint, ne illud quidem mirum, belli facinora egregia in praetoribus praeter Xenophontem et Chirisophum nullo loco spectari. Nam illi, cum ordo maxime et disciplina iis curae sit, in suo quisque loco remanent, at centuriones ad expeditiones difficiles provocantur (IV, 1, 27; 6, 20; 7, 11 et 12) et in prima acie virtutis certamen inter se ineunt (V, 2, 11).

Haec habui, quae de nomine et muneribus στρατηγοῦ, ab Henrychovskio parum accurate explanatis, adiungerem. Ergo praetoris nomen non inanem fuisse honorem, sed imperium copiarum necessitate quadam cum nomine praetoris coniunctum fuisse — id quod demonstrare mihi erat propositum — pro certo affirmari potest.

De qua re Kruegerum[37]) mecum consentire video, cum haec dicat „Strateg konnte er (Xenophon) doch nur werden, wenn er selbst eine Schaar geworbener Söldner herbeigeführt

---

37) In disputatione, quae inscribitur „Noch ein Wort über Xenophons Geburtsjahr“ p. 47.

magis comprobetur quam I, 3, 7: „πλείους ἢ δισχίλιοι λαβόντες τὰ ὅπλα ἐστρατοπεδεύσαντο παρὰ Κλεάρχῳ“. Separatim vero unum quemque praetorem castra posuisse declarat I, 5, 12. Locos certos singulis praetoribus praescriptos fuisse pro certo affirmari non potest, sed suspicari licet ex verbis „κατὰ χώραν“ I, 5, 17. Quae recte Rehdantzius annotat (E. A. 30) significare „χώρα ist die Stelle, welche jeder einnimmt“. Atque alio loco memoriae proditur, castra Graecorum non uno loco collocata sed singulos praetores de singulis vicis sortitos esse: IV, 5, 23. Quo ex loco non sine aliqua probabilitate concludi posse videtur, vocabulo „τάξεως“ etiam unam quamque singulorum praetorum manum significari, quamquam aliis locis alio sensu id esse intellegendum concedo. De suo quisque exercitu singuli praetores summam imperii tenent. Sua enim sponte Clearchus exercitum convocat (I, 3, 2) itemque Menon (I, 4, 13); Neon autem, qui in munus Chirisophi suffectus est, VII, 2, 11 cum suis a ceteris dissidet. Deinde praetoris est, milites suos in iudicium vocare V, 7, 34, sacra rite administrare VI, 4, 13, ea, quae ex praeda exempta et deorum honori destinata erant, servare (V, 3, 4). Nec vero singulos exercitus temere coactos fuisse putandum est. Immo praetorem eiusque milites necessitudine aliqua inter se coniunctos esse manifestum est. Initio enim expeditionis praetores plerumque milites eiusdem gentis, cuius ipsi erant, conduxerant. Atque maxima quidem exercitus pars Peloponneso patria utebatur (I, 1, 6). Sed per-

---

dem führenden Heerestheile“. Idem sentire videtur Sturzius, Lexicon Xenoph. II s. v. ἡγεῖσθαι, cum deleget ad locum VI, 5, 8 (12) „οἱ ἡγούμενοι“ idem atque τὸ ἡγούμενον II, 2, 4: primam partem agminis significare contendens. Equidem II, 2, 4 vertam: „dem Führenden“. Nam de ipsa ducis persona, non de parte agminis agitur. Id quod non solum ex II, 2, 8, ubi iussum antea (II, 2, 4) editum exsequuntur, colligitur, verum etiam ex multis aliis locis concluditur. Confer etiam VI, 5, 22, ubi Xenophon centurionum iussu „τὴν ἡγεμονίαν“ suscepit (οἱ λοχαγοὶ ἡγεῖσθαι ἐκέλευον. καὶ ὃς ἡγεῖτο). Advocatur scilicet ad „τὸ ἡγούμενον“, cui vocabulo alio loco (II, 4, 26) genetivus „τοῦ στρατεύματος“ adiungitur. Vertendum autem est τὸ ἡγούμενον: Tête, unde signa et iussa proficiscebantur. Contra pluralis „οἱ ἡγούμενοι“, quem plerique parum diligenter a singulari numero „τοῦ ἡγουμένου“ discernunt, idem exprimit, quod nostrum „die Front“.

scrutemur rem accuratius! Xeniam, Sophaenetum, Socratem, Pasionem Arcades et Achaeos adduxisse, quamquam initio quidem expeditionis non diserte refertur, tamen ex loco quodam (VI, 2, 10) conicere licet. Quibus praetoribus fugitivorum praetorum Xeniae et Pasionis (I, 4, 17) copiae tribuendae esse videantur, postea enarrabitur. Tantum constat, in Socratis Achaei locum Xanthiclem Achaeum successisse (III, 1, 47). Quod ad Clearchum Lacedaemonium pertinet, non tam communis patriae vinculo, quam diuturnitate bellorum in Thracia gestorum cum militibus suis (II, 6, 5) coniunctus erat. Quo necato Timasion Dardanius, quocum Clearchus antea diu stipendia fecerat (V, 6, 24), praetor sufficitur. Simili modo in locum Proxeni obtruncati amicus eius sufficitur Xenophon et Neon Asinaeus (VI, 4, 23) in locum Chirisophi, quem ἑπτακοσίων Λακεδαιμονίων παρὰ Κύρῳ στρατηγῆσαι ex loco I, 4, 3 scimus. Menonem denique Thessalum Dolopes, Aenianes, Olynthios adduxisse I, 2, 6 comperimus. Unum illud non apparet, quid fuerit, cur Menoni Thessalo successerit Philesius Achaeus. Sed simili vinculo atque ceteros hos quoque inter se coniunctos fuisse conicere licet.

Quae cum ita sint, ne illud quidem mirum, belli facinora egregia in praetoribus praeter Xenophontem et Chirisophum nullo loco spectari. Nam illi, cum ordo maxime et disciplina iis curae sit, in suo quisque loco remanent, at centuriones ad expeditiones difficiles provocantur (IV, 1, 27; 6, 20; 7, 11 et 12) et in prima acie virtutis certamen inter se ineunt (V, 2, 11).

Haec habui, quae de nomine et muneribus στρατηγοῦ, ab Henrychovskio parum accurate explanatis, adiungerem. Ergo praetoris nomen non inanem fuisse honorem, sed imperium copiarum necessitate quadam cum nomine praetoris coniunctum fuisse — id quod demonstrare mihi erat propositum — pro certo affirmari potest.

De qua re Kruegerum[37]) mecum consentire video, cum haec dicat „Strateg konnte er (Xenophon) doch nur werden, wenn er selbst eine Schaar geworbener Söldner herbeigeführt

---

37) In disputatione, quae inscribitur „Noch ein Wort über Xenophons Geburtsjahr“ p. 47.

hätte, wie die übrigen Strategen". Neque aliter sentire videtur Grotius nonnullis locis ut pag. 19 et 29 omnes Graecorum praetores militibus praefectos fuisse affirmans. Quibus rebus absolutis fieri non potest, ut alterutrum virum in locum Sophaeneti (I, 2, 9) mille militum ducem suffectum, alterum[38]) praetura sine copiis functum esse credamus.

Quamobrem, ut utrique certum locum tribuam, aliam rationem proponam. Quid enim simplicius statui potest, quam Agiam et Cleanorem, cum initio Anabasis silentio praetereantur neque eorum alteruter in locum Sophaeneti substitui possit, post fugam Xeniae et Pasionis (I, 4, 7) ipsorum horum muneribus esse ornatos? Nam similia identidem facta esse alii loci suspicari iubent, alii diserte testantur. Velut postquam caede a Tissapherne facta exercitus Graecorum optimis ducibus privatus est, nihil salubrius ad animos militum nova spe implendos a Xenophonte proponi poterat, quam ut in locos occisorum praetorum et centurionum novi duces succederent. Deinde ut alterum exemplum afferam, Neonem Asinaeum, antea munere absentis Chirisophi functum, post mortem Chirisophi imperium copiarum eius accepisse VI, 4, 11 comperimus. Nec alia est ratio Phrynisci Achaei, qui cum neque III, 1, 47 neque postea in locum prioris praetoris suffectus esse dicatur, subito VII, 2, 2 inter praetores commemoratur. Sed cum septimo Anabasis libro omnes praetores, quos novimus, praeter Sophaenetum enumerentur, post huius decessum — nam vita eum defunctum esse vix conicere licet, quia postea in Graecia Anabasin edidisse videtur — Phryniscum illum militibus eius praepositum esse magna cum probabilitatis specie affirmari potest.

At si quis forte mihi obiecerit, vix esse verisimile, Cleanorem et Agiam praeturas Xeniae et Pasionis obtinuisse, quippe cum III, 1, 47 Cleanorem Agiae successisse audiamus, ei respondebo, hoc ipsum argumentum esse, quo demonstretur, Cleanorem non tam munus praetoris adeptum — nam praetorem eum iam antea fuisse ex II, 1, 10 perspicimus — quam iis,

38) Artificiosius Kruegerus in disput. de Xenoph. vita, pag. 16 ad locum II, 1, 10, quo Cleanor στρατηγός appellatur, eum per abusum ibi hoc nomine uti, cum ὑποστρατηγός tum fuerit, annotat.

quas antea habuerit, Agiae copias additas esse. Quod eo facilius fieri poterat, quia Cleanor eiusdem populi cuius Agias erat; quamquam communis patriae vinculis, quibus cum suis quisque copiis praetores coniungebantur, haud ita magnam vim tribuam, quoniam fuga a magna parte militum Xeniae et Pasionis in castra Clearchi facta (I, 3, 7; 4, 7), quanta in mercennariis illis fuerit licentia, abunde testatur. Quae cum ita sint, nescio an nostro iure ita rem expediamus, ut vivo Agia Cleanorem soli Pasionis manui praefuisse, obtruncato eo et Pasionis et Xeniae copiis in unam manum contractis praefectum esse statuamus. Simile quid iam Kruegerus[39]) sensisse videtur, cum Cleanoris nomen pro Sophaeneti esse substituendum ratus, illum iam antea praetorem fuisse, sed tum etiam Agiae milites eum imperatorem secutos esse contenderet.

Iam vero, ut quae adhuc comprobare studuimus, paucis complectamur, hoc statuimus: Anabasis libri I, cap. 2, § 9 partem posteriorem in numerum eorum locorum referendam esse, qui ab interpolatoribus temptati sunt. Quae suspicio movetur primum Sophaeneti nomine, quod neque ipsum retineri neque in Agiae aut Cleanoris nomen commutari potest, tum utraque summa, et militum grav. arm. (11000) et lev. arm. (2000) ad calculos revocata. Praeterea memoria tenendum est, si numeris illo loco exhibitis fidem haberemus, futurum fuisse, ut exercitus Graecorum post adventum mille centum Chirisophi et Abrocomae mercennariorum ad summam 14100 accresceret. Sed de tanto numero non est cogitandum, quia Plutarchus et Diodorus totius exercitus Graecorum numerum summam tredecim milium effecisse tradunt. Hunc autem numerum paene omnibus qui huic expeditioni intererant, notum fuisse et per eos non solum in aequalium animis infixum ut ita dicam haesisse, sed etiam posteris pro certo exploratoque valuisse arbitror. Quare, etsi in ceteris numeris, veluti de Cyri barbarorum exercitu scriptores antiqui temporis inter se dissentire potuisse libenter concedo, tamen de parvo illo Graecorum numero, qui quam imbecilles et inanes regis Persarum vires essent, primum ostenderant, idem statuendum esse nego.

39) Particula poster. cap. III coniect. 41.

Quae quoniam absolvimus, ad alterum locum, quo copiae numerantur (I, 7, 10), transeamus. Sed ne in hoc loco, quem summa sagacitate et acumine Richterus, ut supra dixi, impugnavit, a Xenophonte abiudicando tempus consumamus, pauca tantum, quae mihi non satis ad liquidum perducta vel omnino praeterita esse videntur, adiciam.

Atque primum quidem, quoties in hunc locum incidi, non poteram non dubitare num Xenophon, postquam Cyrum multa nocte copias recensuisse et de fratris exercitus magnitudine a transfugis certiorem factum esse explicasset, non extemplo numeros militum relaturus, sed interpositis iis, quae Cyro cum Graecis in concilio convenerint, quasi tum denique quae oblitus esset recordatus, literis ea mandaturus fuerit. Neque vero quae in ipsis illis paragraphis exponuntur, dubitationem nostram imminuere possunt. Ac quamquam de aliis rebus, quae minoris momenti sunt (ut de raro illo vocabulo ἐξοπλισία, quo scriptores ante Polybium non utuntur, de collectiva vi ἀσπίδος, de triplici illa Persarum ducum significatione), multa habeo, in quibus offendam quaeque Xenophontis arte scribendi vix digna sint, tamen ilico ad graviora, quae oculos legentium adhuc effugisse videntur, aggrediar.

Atque hic quoque, ut aliis locis, numeri ansam praebent ad ea, quae re vera scriptoris nostri sunt, ab adulterinis secernenda. Nam tantos numeros a transfugis ante pugnam et post pugnam a captivis traditos Xenophonti, quem Ctesiae, qui Artaxerxem medicus comitabatur, historias non solum non ignorasse, sed ad eius fidem bis refugisse loco quodam (I, 8, 26, 27) legimus, comprobatos fuisse credere nequeo. An scriptorem rumores illos inanes pluris quam ea, quae in libris illius auctoris, omnium rerum Persicarum peritissimi, scripta inveniret, aestimasse arbitremur?

Sed quamvis haec cogitatio aliquid valeat, tamen fortasse quis, licet ad locum e Xenoph. textu removendum propensus sit, in eo haereat, quod nullo alio Anabasis loco Xenophon de Cyri et Artaxerxis barbarorum numero quidquam certi rettulit. At quamquam profecto talis locus indagari non potest, tenendum est, scriptorem nostrum, cum in iis, quae ad exercitum Graecorum pertinent, quibus ipse intererat, describendis summa

diligentia versatus sit, barbarorum rebus a Ctesia egregie explanatis vix mediocrem operam dedisse. Quod verum esse cum quicunque Anabasi legendae studuit, eum facile mecum consentire arbitrer, singulis exemplis non illustrabo. Itaque ad ipsos numeros redeamus, qui et inter se comparati et cum aliorum scriptorum numeris collati iam novas suspiciones movent.

Si enim in Cyri et Artaxerxis copiarum numeros in Anabasi exhibitos accuratius inquisiverimus, artem quandam et certam rationem in iis inesse apparet, quae neque transfugis ipsis deberi neque cum Xenophontis studio sinceram et integram rerum memoriam prodendi consentire videtur. Ac primum quidem Cyri toti exercitui paene centum viginti milium cum Artaxerxis ἑκατὸν καὶ εἴκοσι μυριάσι non fortuita ratio intercedere videtur. Sed certum illud consilium ut hac quidem in re parum plane cernatur, in aliis rebus manifestissimum est.

Collata enim Artaxerxis cum Cyri cohorte praetoria, quae non quidem hoc loco sed I, 8, 21 aliisque locis commemoratur, eandem inter eas rationem quam inter universos utriusque exercitus intercedere sentimus. Sed nescio an haec ratio et ars maxime perspicua et mira appareat in curribus falcatis, quos Cyro viginti, Artaxerxi ducentos fuisse legimus. An casu factum esse credamus, ut tam constanti numerorum ratione alter exercitus alterum superaret? Immo quin universa utriusque exercitus recensio ab interpolatore hic instituta sit dubium esse non potest.

Sed ne diutius in interpolatorum nugis et fabulis morer, ad ea, quae alii scriptores, imprimis Plutarchus et Diodorus de numeris exponunt, transeamus! Quorum alter[40]), cum primo Anabasis numeris fidem habeat, unde apparet contextum Xenophontis iam Plutarchi temporibus alienis commentis corruptum[41]) fuisse, paulo infra Ctesiae assentiri[42]) videtur, qui non

40) Artox. 7, 5.

41) Idem contendit Richterus.

42) Plut. Artox. 13. ἐξεληλάκει δέ, ὡς ὁ Κτησίας φησίν, ἐπὶ τὴν μάχην τεσσαράκοντα μυριάσιν. Οἱ δὲ περὶ Δείνωνα καὶ Ξενοφῶντα πολὺ πλείονας γενέσθαι λέγουσι τὰς μεμαχημένας.

nongenta, sed quadringenta tantum milia a rege in aciem educta esse affirmat, quem numerum etiam Diodorus, qui Ephoro auctore utitur, prodit. Iam vero Rehdantzius[43]), cum tantam discrepantiam componere ita velit, ut doceat eos, qui quadringenta milia tradunt, tantum eos spectare, qui in ipsa acie constiterint, cum maior pars[44]) exercitus ad pugnandum minus apta a rege in castris impedimentorum tuendorum causa relicta sit, vel ideo ad sententiam suam adducere me nequit, quia alia, quae inter eos scriptores exstant, discrimina numerorum eiusmodi coniectura non removentur. Quid quod Diodorus[45]) septuaginta tantum milia Cyri barbarorum numerat, cum Plutarchus[46]) caute verbis „πολλῇ δυνάμει βαρβαρικῇ“ utatur, ille Cyrum praesidio mille[47]) equitum circumdat, hic eos omnino omittit, ille οὐκ ἐλάττους πεντακισμυρίων ἐπιλέκτων[48]) Artaxerxi attribuit, hic cum in universum de „προτεταγμένοις τοῦ βασιλέως[49])“ loquatur, numerum non exhibet?[50]) Quod cum ne is quidem, quem cum ex aliorum tum ex Ctesiae historiis, qui rebus a rege Artaxerxe gestis proximus intererat, dignissima memoratu excerpsisse constat, de numero Artaxerxis praesidii quidquam commemoret, ut suspicemur, numerum illum ἑξακισχιλίων ad artificiosam illam rationem inter Artaxerxis et Cyri cohortes equitum efficiendam esse fictum multo etiam magis adducimur. Itaque cum idem numerus apud Xenophontem loco, quem nemo adhuc impugnare ausus est, iterum inveniatur (I, 8, 24)[51]), idem de eo statuendum esse conicere licet. Accedit autem causa, quae suspicionem augeat. Nam

43) In praefatione ad Anabasin, pag. XXXI annot. 59.

44) Rehdantzius habet tantum ἐνενήκοντα μυριάδας in animo. Nam τριάκοντα μυριάδες Abrocoma duce „ὑστέρησαν τῆς μάχης πέντε ἡμέραις“.

45) Diodorus XIV, 19, 7.

46) Artox. 6, 1.

47) Diodor. 22, 6.

48) Diodor. 22, 7.

49) Artox. 10, 15.

50) Quod ad ἅρματα δρεπανηφόρα pertinet, Diodorus (22, 7) Artaxerxem „οὐκ ὀλίγα“ ante aciem collocasse refert. Item Plutarchus (7, 15) numerum diserte non tradit. Neuter autem scriptor Cyrum curribus falcatis usum esse docet.

51) Καὶ ἐμβαλὼν σὺν τοῖς ἑξακοσίοις νικᾷ τοὺς πρὸ βασιλέως τεταγμένους καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε τοὺς ἑξακισχιλίους.

cum I, 7, 11 ipsa illa sex milia equitum eadem sint intellegenda, qui ante regem locum tenuisse dicuntur[52]), illo quidem loco „τοὺς πρὸ βασιλέως τεταγμένους a τοῖς ἑξακισχιλίοις" separari facile patet. Quae cum ita sint, nescio an ita discrepantiam verborum recte solvamus, ut eundem scribam, a quo totam recensionem I, 7, 10—13 profectam esse contendimus, hic quoque statuamus certos numeros afferendi studio inductum, verba „καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε τοὺς ἑξακισχιλίους" in contextum intulisse, sed eo ineptius, quod, cum hoc fere exprimere vellet „νικᾷ τοὺς ἑξακισχιλίους τοὺς πρὸ βασιλέως τεταγμένους", toto enuntiato „καὶ εἰς φυγήν" κτλ. addito, praesidia regis in duas partes prorsus diversas divisit.

Quod a Xenophontis sententia non minus alienum fuisse videtur quam Dinonis[53]), cuius narratio apud Plutarchum exstat, qui Artagersen in primo agmine contra Cyrum equo advectum sine dubio ducem „τῶν προτεταγμένων τοῦ βασιλέως" facit alteramque cohortem regis ignorat. Quamquam hoc patet, si modo verba „ἄλλοι δ' ἦσαν ἑξακισχίλιοι ἱππεῖς" I, 7, 11 in numerum additamentorum retulerimus, ne I, 8, 24 quidem defendi posse, quippe cum articulus τούς ante ἑξακισχιλίους positus, cui demonstrativa vis attribuenda est, non habeat, quo spectet.

Haec sunt, quae ad Richteri quaestiones summo acumine institutas adiungere voluerim. Itaque cum Ritschelio, qui coniecturas suas hac ratione tueri studet „Xenophon greift somit am Höchsten 14 900 u. s. w. Aber wir bleiben bei Xenophon in der Analogie mit den hohen Angaben der übrigen Heere u. s. w." vel ideo facere non possum, quod numeros exercituum ex ratione quadam supra modum augere ab animo Xenophontis, nihil ad arbitrium revocantis, prorsus abhorruisse contendo.

---

52) I, 7, 11: ἄλλοι δ' ἦσαν ἑξακισχίλιοι ἱππεῖς ὧν Ἀρταγέρσης ἦρχεν. οὗτοι δὲ πρὸ αὐτοῦ βασιλέως τεταγμένοι ἦσαν.

53) Plut. Artox. 10, 20.

54) Alio loco (pag. 446) dicit haec: Wir bleiben in der besten Analogie, wenn wir den Xenophon liberaler rechnen lassen als die anderen Gewährsmänner; denn auch das Perserheer des Cyrus, das Diodor nur zu 70 000 Mann anschlägt, zählt bei ihm 100 000.

In proxima enumeratione (IV, 8, 15), quam unquam adhuc in dubium vocatam esse memoria non teneo, ne ego quidem offendam, at ea quae legitur V, 3, 3, additamentis annumeranda esse videtur.

Atque maxime quidem me commovet, — ne illud premam, alienae manus vestigia iam in vanis illis verbis „ἐκ τῶν ἀμφὶ τοὺς μυρίους“ post „οὗτοι ἐσώθησαν“ olim in contextu positis reperiri — vehemens illa, quae inter militum numeros hic proditos et antecedentes nec minus sequentes exstat discrepantia.

Quod quidem in discrimen etsi iam Richterus incidit, tamen unde hoc maxime colligi cogique posset, accuratius explicare omisit.

Quamquam hoc perspicuum est, omnino cum verisimilitudine pugnare, exercitum Graecorum, cum IV, 8, 15 numerum 9600 militum eum effecisse legerimus, exiguo temporis spatio intermisso, mille militibus deminutum fuisse. Nam etiamsi concedam, cum expeditione contra Drilas[55]) suscepta, tum caede duarum Cleaeneti[56]) centuriarum facta, aliquod damnum Graecis esse illatum, tamen ut credam, tam graviter exercitum iam tum fuisse debilitatum, eo minus adducor, quod etiam V, 7, 9 exercitum Graecorum paene decem milibus constitisse scriptor plane affirmat. Nam VI, 2, 16 ad priorem recensionem (V, 3, 3) removendam[53]) idcirco afferre non licet, quod, cum multa in illo ipso loco insint, quae cum probabilitate pugnent aut veritati prorsus obstent, quin ipsum quoque in textum insertum esse contendam, facere non possum.

Utcumque enim res sese habet, sive meliores codices, qui πεντακόσιοι post τετρακισχίλιοι omittunt, praeferendi sunt, sive deteriores, quos omnes editores praeter Rehdantzium secutos esse video, illud πεντακόσιοι ideo retinentes, quod verba § 10 „καὶ ἦν δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος Ἀρκάδες καὶ Ἀχαιοί“, respiciebant[57]): certe paucitas illius levis arm., — ut milites grav. arm. mittamus — cui cum mille milites efficere

---

55) Anab. V, 2.

56) V, 1, 17.

57) In aperto est, si „πεντακόσιοι“ omittimus, reliquos Graecos coniunctos, maiorem numerum quam Arcades et Achaeos efficere.

dicatur (700 + 300), plus dimidio detractum[58]) esse statuendum est, ea est, quae magnam nobis suspicionem moveat. Sed nescio an nihil magis displiceat, quam illud „οἱ Κλεάρχου Θρᾷκες“. Nam cum I, 2, 9 a Clearcho „πελταστὰς Θρᾷκας ὀκτακοσίους“ conductos esse, II, 2, 7 autem „τῶν πεζῶν Θρᾳκῶν“ circiter trecentos Miltocythe duce ad regem transfugisse[59]) memoriae traditum sit, nihilominus hic septingenti Thraces Clearchi enumerantur. Iam vero cum πελτασταὶ Θρᾷκες ab iis, qui II, 2, 7 in universum πεζοὶ Θρᾷκες appellantur, nullo modo separari possint neque omnino in toto Graecorum exercitu alii Thraces deprehendantur, in hac potissimum ratiocinatione gravissima ad suspicandum ansa praeberi videtur, quod, cum Thraces illos, octava tantum parte copiarum amissa, maximam partem integram servasse audiamus, ex reliquis copiis lev. arm., quas Clearchus, Proxenus, Menon, Pasion conduxerant, trecentos tantummodo in extrema illa recensione exercitus separati superfuisse docemur! Nonne hoc cum omni probabilitate pugnat?

Quibus causis commotus totum locum expungendum esse censeo.

Ita cum res se habere videantur, quam corruptus Anabasis contextus sit, et ratione quidem et arte, ut iam Richterus contendit, novis testimoniis confirmasse mihi videor.

Epimetrum ad p. 13.

Primum enim haereo — id quod iam Cobetum offendit ὑπὲρ Κύρου sola addita esse ratum — in nomine Cyri moleste repetito, postquam antea in eodem enuntiato bis pronomina αὐτοῦ et περὶ αὐτόν de eo usurpata sunt. Tum nullo modo defendi posse arbitror Xenophontem,

58) Hoc quoque valet aliquid ad suspicionem excitandam, quod IV, 8, 15 numerus levis arm. in tres partes divisae, non minus quam 1800 milites effecerat.

59) Quod Thraces tum πεζοί non πελτασταί, ut I, 2, 9 appellantur, efficitur praecedente vocabulo ἱππέας. Ita enim vi quadam ἱππεῖς πεζοῖς opponuntur. — Ceterum de turma equitum non est dubitandum, quamquam eorum neque in censu militum, initio expeditionis facto, neque in ipsa pugna mentio fit. Videtur turma illa ex iis, qui equos possidebant, in unum coacta esse.

quippe cum iam antecedentis capitis § 5 in tota Cyri copiarum acie describenda Ariaeum in sinistro cornu collocatum memoraverit, de eodem hic, quasi novam rem afferre vellet, acturum fuisse, nam οὗτος δέ, non οὗτος γάρ legimus. Sed maxime commoveor, quod cum I, 8, 5 in sinistro cornu eum Κύρου ὕπαρχον collocatum fuisse legerimus, hoc loco equitatui eum praefectum fuisse traditur. Cui discrepantiae iam alios succurrere voluisse video, etsi et Madvigium (Adversaria critica I pag. 344) et Faberum (Zeitschrift für Gymnasialwesen 1866, pag. 487, 488), quem iam Schimmelpfengius (Zur Würdigung von Xenoph. Anab. 1870) refutavit, ὕπαρχον (I, 8, 5) in ἵππαρχον corrigendum esse ratos, a recta sanandi ratione aberrasse ipsumque illud, quod servari multum interest, delevisse intellego. Neque vero placent, quae Kaemmelius affert ad utramque rem inter se conciliandam (Kritik der Berichte pag. 669, Anm. 4). Itaque opus erit usum et notionem vocabuli „ὑπάρχου" ipsi accuratius examinemus. Usurpatur autem ter in Anabasi. Primum I, 2, 20, tum I, 8, 5, denique IV, 4, 4. Quorum de primo quidem nihil certi pronuntiari potest. Sed ex tertio loco concludere licet, ὑπάρχου nomen, quo honore Tiribazus, Armeniae praefectus ornatur, amplissimam illius viri auctoritatem exprimere. Idem enim amicus Persarum regis appellatur et solus muneri praepositus fuisse dicitur, regem, quandocunque adfuerit, in equum subiciendi. Itaque cum in universum statui posse videatur, gravitatem quandam et auctoritatem in vocabulo illo infuisse idemque fortasse simili sensu atque ὑποστρατηγός (III, 1, 32; V, 6, 36) aut ὑπολοχαγός eum significet, qui munere ipsius ἄρχοντος absentis fungitur, Ariaeum, qui amicitia Cyri utebatur totique sinistro aciei cornui praefuisse patet (I, 8, 5; Diodorus XIV, 22, 5 et 24, 1), proprium hoc Cyro vivo nomen habuisse cum probabilitate convenit. At quam ineptum esse videtur, eum, qui totius exercitus barbarorum imperium tenebat quique post Cyri mortem quasi summus dux, vel ut ita dicam in Cyri locum succedens effingitur (II, 1, 4), equitum praefectum designari. Atque hoc quoque monuerim, ipsa illa verba: „οὗτος . . . τοῦ ἱππικοῦ ἄρχων" pugnare cum sequentibus „ἔφυγεν ἔχων καὶ τὸ στράτευμα πᾶν οὗ ἡγεῖτο", quibus Ariaeum cum toto exercitu, cui praepositus erat, fugisse narratur. Neque placet, quod initio insequentis capitis, paucis verbis intermissis, Ariaeum fugisse iterum memoriae traditur. Verum ut ne diutius in his morer, sed de universo loco ipse sententiam proferam, hoc caput, quo Xenophon nihil aliud in animo habuit, quam ut Cyri defuncti, imperatoris gratiosissimi et dilectissimi vitam et virtutes adumbratas immortalitati commendaret, tam absurda et ieiuna peroratione finiri, non solum ab omni probabilitate, verum etiam ab omni pietate et verecundia abhorrere videtur. At quanto gravius et memoria defuncti principis dignius totius capitis laudatio in verbis illis fidem amicorum in extremo vitae discrimine praedicantibus desinat: „ἀποθνήσκοντος γὰρ αὐτοῦ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν φίλοι καὶ συντράπεζοι ἀπέθανον μαχόμενοι".

II.

De Diodori (XIV, 19—31) in expeditione Cyri describenda fontibus.

Cum saepenumero Xenophontis et Diodori libros compararem ad res, de quibus supra disputavi, eruendas, interdum in vestigia insignis inter eos consensus incidebam, quae intentius persecutus spero fore, ut iis, qui fontibus scriptorum perscrutandis operam impendunt, gratum faciam. Atque in Anabasi quidem Graecorum et in ipsa pugna describenda equidem ad Kaemmelii[1]) sententiam me inclinans, Ephorum secutum esse Diodorum suspicor. Unde vero ipsius Ephori narratio in ea parte historiarum hausta esse videretur, hoc nemodum accuratius examinandum sibi proposuit. Nam Kaemmelius in universum coniecit, Ctesiae commentariis Cumaeum scriptorem usum esse. Quae quidem opinio etsi verisimillima est iisque, quae Kaemmelius attulit, argumentis confirmatur, tamen non ita premenda est, ut scriptorem illum nullo alio fonte adhibito soli Ctesiae se addixisse pro certo statuatur. Quodsi certae nonnullae similitudines inter ipsa Xenophontis et Diodori verba reperiuntur, Ephorum Xenophontis quoque libros in manibus habuisse negari nequit. Sunt autem imprimis promissa illa inter se comparanda, quibus Cyrus militibus Graecis progredi nolentibus, ut iter continuarent, persuasit: D. 21, 6 „ἐπαγγελλόμενος ἄλλας τε μεγάλας δωρεὰς καὶ ὅτι παραγενομένοις αὐτοῖς εἰς Βαβυλῶνα κατ' ἄνδρα ἕκαστον δώσει πέντε μνᾶς ἀργυρίου", — X. I, 4, 13: „ὁ δ' ὑπέσχετο ἀνδρὶ ἑκάστῳ δώσειν πέντε ἀργυ-

---

1) Die Berichte über die Schlacht von Kunaxa und der Fall des Cyrus am 3. September 401 v. Chr. Philologus Bd. XXXIV, pag. 529.

ρίου μνᾶς, ἐπὰν εἰς Βαβυλῶνα ἥκωσι". Quae verba maxime inter se conspirare quis est quin intellegat? Atque etiam in sequentibus tribus bibliothecae capitibus, ut ea una comprehendam, nonnulla cum Xenoph. verbis congruunt. Primum enim de armatura Cyri equitum (X. I, 8. 7 „εἶχον δὲ καὶ μαχαίρας οἱ ἱππεῖς Ἑλληνικάς", — D. 22, 6 „θώρακας ἔχοντες καὶ μαχαίρας Ἑλληνικάς"), tum de initio pugnae pariter ab utroque traditur (X. I, 8, 17 „καὶ οὐκέτι τρία ἢ τέτταρα στάδια διειχέτην τὼ φάλαγγε ἀπ' ἀλλήλων ἡνίκα ἐπαιάνιζόν τε οἱ Ἕλληνες" κτλ. — D. 23, 1 „Ὡς δὲ τρεῖς σχεδὸν σταδίους ἀπεῖχον ἀλλήλων αἱ δυνάμεις, οἱ μὲν Ἕλληνες παιανίσαντες" κτλ.). In ceteris autem, si a cap. 24 argumento, haud ita diverse ut vel obiter inspicienti apparet exposito, discesserimus, neque rerum neque verborum apertam similitudinem perspiciemus. At cum in cap. 19—21 Diodorum Ephorum constanter secutum esse non habeam, quod negem, in ea parte, quae est de ipsa pugna (22—24), adeo Ephori vestigia eum pressisse, ut auctorem illum minus magisve exscriberet, probari non potest. An quod nomen Tissaphernis, a Xenophonte (I, 2, 4) et Plutarcho (Artox. 6, 5) recte proditum, cum Pharnabazo (22, 1) commutatur, eiusmodi neglegentiam ab Ephoro originem ducere arbitremur? Quod igitur Pharnabazi nomen etiam aliis Diodoreis locis falso pro Tissapherne ponitur, hoc proprium Diodori vitium esse nescio an recte cum Volquardsenio[2]) statuamus. Sed is quidem ita rem interpretatus, ut Diodorum, postquam semel falsum nomen edidisset, locum corrigere nolentem consulto in tam perversa nominis mutatione perseverasse statuat, veram mendi causam non perspexisse videtur. Nam ita si res se haberet, cum primum Tissaphernes iusto loco (23, 7) memoratus est, futurum fuisse, ut XIV, 35, 2 iterum cum Pharnabazo mutaretur, veri esset dissimillimum. At quanto verisimilius esse videtur, mera incuria et neglegentia scribendi Diodorum in omnes hos errores incidisse.[3]) Etenim cum non ita auctorem sequeretur, ut sine iudicio ad verbum eum exscri-

2) Untersuchungen über die Quellen der griechischen und sicilischen Geschichten bei Diodor XI—XVI, Kiel 1868, pag. 127, Anm. 1.

3) Idem sentit Frickius, Untersuchungen über die Quellen des Plutarch im Nikias und Alkibiades, Leipzig 1869, p. 68.

beret, quaecumque ab utroque illo Persarum satrape, qui artissime inter se coniuncti sunt, singulis locis separatim confecta esse acceperat, commiscuit et in unam tamquam imaginem contraxit. Unde factum est, ut in memoria eius pro duobus unus tamquam omnium rerum auctor evaderet. Nam adeo eum veritatis neglegentem fuisse, ut solam propter fugam laboris singulas deinceps res ab utroque gestas enarrare nollet, hoc contendere non audeo. Ergo illa ratione factum esse suspicor, ut omnia ea, quae a Thucydide et Xenophonte ad Tissaphernem referuntur, a Diodoro constanter ad Pharnabazum transferrentur. Itaque falso etiam libri XIII cap. 36, 37, 38, 42 et in fine capitis 46 nomen Pharnabazi proditum invenimus. Contra iure Pharnabazi mentio fit libri XIII cap. 40, 45, 46, extrema paragrapho excepta. Ex quibus omnibus locis is, quem extremo loco citavi, maxime memorabilis rationem illam, qua Diodorum in hac re usum esse dixi, optime comprobare videtur. Nam cum Pharnabazi nomen solum in animo eius quasi infixum haereret, Tissaphernis iter in Hellespontum ad animos Lacedaemoniorum reconciliandos[4]) susceptum, nomine satrapis mutato cum filo totius narrationis ita contexuit, ut Pharnabazum eo consilio fortiter contra Athenienses apud Abydum[5]) pugnantem faceret, ut de criminibus, quae vere Tissapherni bellum ducere cupienti a Lacedaemoniis obiecta sunt, ipse se purgaret. Iam cum ne in ceteris quidem huius libri capitibus Tissaphernis nomen occurrat, recte autem insequentis libri (XIV) cap. 11 Pharnabazus commemoretur, ad quem[6]) locum Pharnabazi nomen capite 22 falso editum maxime spectare videtur, quod tandem in ipsa pugna 23, 7 Tissaphernes non ut vir fama celebratus aut summis honoribus ornatus — id quod Volquardsenius iniuria exspectat — sed ut homo novus (ἀνὴρ Πέρσης) ante oculos legentium proponitur, mirum esse non potest. Neque vero cap. 26, 4 et 35, 2 ita scriptum est, ut iam olim Tissaphernem Ionicas urbes in potestate[7])

---

4) De quo vide Thucyd. VIII, 109.

5) Confer Plutarchi Alcibiadem 27, 3 et Xenoph. Hellenica I, 1, 6.

6) Imprimis causae ab Ephoro in hoc capite allatae respiciendae sunt.

7) Confer Xenoph. Hellenica III, 1, 3: ἐπεὶ Τισσαφέρνης σατράπης κατεπέμφθη ὧν τε αὐτὸς πρόσθεν ἦρχε καὶ ὧν Κῦρος κτλ. Anab. I, 1, 6:

habuisse suspicemur; immo tum primum propter merita erga regem ex obscuritate ad auctoritatem et honores eum ascendisse apparet. Quod autem spatio intermisso[8]) Pharnabazi nomen rursus ei invito excidit 35, 2 — pro quo nomine a Dindorfio in edit. Teubner. 1867 nomen Tissaphernis iniuria substitutum esse censeo — hoc nescio an ex eodem Diodori errore vel neglegentia facile alterum nomen cum altero commutantis profectum sit. Quae cum ita sint, Diodorum, nisi forte fonti, quem secutus est, illam nominum mutationem imputamus[9]), auctoris sui ipsa verba minus anxie in bibliothecam transscripsisse, quam plerique viri docti adhuc contenderunt, luculenter me demonstrasse arbitror.

Neque vero Kaemmelio[10]) ullam inter Diodoream et Xenophonteam narrationem intercedere necessitudinem prorsus neganti suffragari possum. Immo res fortasse iam inde a cap. 23 § 7, certe in cap. 24, multo illae quidem brevius, sed haud aliter atque a Xenophonte sunt enarratae. Etenim cum de ipsa pugna post vulneratum Artaxerxem e Ctesiae commentariis per Plutarchum excerptis nihil aliud comperiamus, quam regem iam omni spe deiectum fuisse, cum nuntio de Cyri morte nova spe impleretur (12, 25), Diodorus inde a cap. 24 primum Ariaeum de interitu Cyri certiorem factum „πρός τινα τῶν ἰδίων σταθμῶν“[11]) refugisse, tum Clearchum a persequendo destitisse veritumque ne hostes castris Cyri direptis[12]) signa in se converterent, novam aciem instituisse, denique hostibus

---

αἱ Ἰωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρνους τὸ ἀρχαῖον ἐκ βασιλέως δεδομέναι. Thucyd. VIII, 5, 4: καὶ παρὰ Τισσαφέρνους, ὃς βασιλεῖ Δαρείῳ τῷ Ἀρταξέρξου στρατηγὸς ἦν τῶν κάτω κτλ.

8) 27, 4: Tissaphernem in Ioniam rediisse memoratur.

9) Hoc probari non potest, quia omnes scriptores, quos quidem inspexi, in his Iustinus, Cornelius Nepos, Plutarchus, nomen Tissaphernis recte tradunt.

10) Pag. 517 dicit: Eine vergleichende Zusammenstellung beider Relationen (Xenophons und Diodors) ergibt zunächst auf das evidenteste, dass Diodor von Xenophon ganz unabhängig ist, dass überhaupt kein Zusammenhang beider Darstellungen besteht, wie Diodor auch sonst Xenophons Werk nicht benutzt hat.

11) Xenoph. I, 10, 1: εἰς τὸν σταθμὸν ἔνθεν ὡρμῶντο.

12) Uterque utitur verbo διαρπάζειν.

iterum devictis Graecos sub noctem in castra rediisse narrat itaque si non verbis at certe rebus bene cum Xenophonte concinit et conspirat.

Porro inde a cap. 25, in quo de Phalini[13]) cum Graecorum ducibus colloquio uberius disseritur, multa reperiuntur, quae et rebus et verbis cum Xenophontis narratione congruant. Comparemus enim haec:

Atque primum quidem Phalinus apud utrumque paene eadem loquitur.

D. Ἐπειδὴ νενίκηκα Κῦρον ἀποκτείνας, παράδοτε τὰ ὅπλα, καὶ πρὸς τὰς θύρας αὐτοῦ βαδίσαντες ζητεῖτε πῶς ἂν αὐτὸν ἐκθεραπεύσαντες ἀγαθοῦ τινος μεταλάβοιτε.

X. Ἐπεὶ νικῶν τυγχάνει καὶ Κῦρον ἀπέκτονε, παραδόντας τὰ ὅπλα ἰόντας ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας εὑρίσκεσθαι ἄν τι δύνωνται ἀγαθόν.

Deinde eundem sensum praebent haec:

D. 3. κἂν φίλοι γενώμεθα τῷ Ξέρξῃ, μετὰ τῶν ὅπλων ὄντες ἀμείνους ἔσεσθαι σύμμαχοι, κἂν πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν ἀναγκασθῶμεν, βέλτιον μετὰ τούτων ἀγωνιεῖσθαι.

X. 20. εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι, πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι ἔχοντες τὰ ὅπλα ἢ παραδόντες ἄλλῳ, εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν, ἄμεινον ἂν πολεμεῖν ἔχοντες τὰ ὅπλα ἢ ἄλλῳ παραδόντες.

Praeterea hae sententiae inter se congruunt:

D. 4. νῦν τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν ἀποβεβλήκαμεν, λέλειπται δ' ἡμῖν ἥ τε ἀρετὴ καὶ τὰ ὅπλα. νομίζομεν οὖν, ἂν μὲν ταῦτα φυλάττωμεν, χρησίμην ἡμῖν ἔσεσθαι καὶ τὴν ἀρετήν, ἂν δὲ παραδῶμεν, οὐδὲ ταύτην ἡμῖν ἔσεσθαι βοηθόν.

X. 12. νῦν ἡμῖν οὐδέν ἐστιν ἀγαθὸν ἄλλο εἰ μὴ ὅπλα καὶ ἀρετή. ὅπλα μὲν οὖν ἔχοντες οἰόμεθ' ἂν καὶ τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, παραδόντες δ' ἂν ταῦτα καὶ τῶν σωμάτων στερηθῆναι.

D. 5. — ὅτι θαυμάζει τοὺς παρὰ τοῦ βασιλέως λόγους· εἰ μὲν γὰρ αὐτὸν δοκεῖ κρείττονα τῶν Ἑλλήνων εἶναι, μετὰ τῆς δυνάμεως ἐλθὼν λαβέτω τὰ παρ' ἡμῶν ὅπλα· εἰ δὲ

13) Xenoph. Anab. II, 1, 7: ἔρχονται παρὰ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους κήρυκες οἱ μὲν ἄλλοι βάρβαροι, ἦν δ' αὐτῶν Φαλῖνος εἷς Ἕλλην κτλ. Diodor. 25, 1: παρεγενήθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως πρέσβεις, ὧν ἦν ἀρχιπρεσβευτὴς ἀνὴρ Ἕλλην, ὄνομα μὲν Φαλῖνος κτλ.

πείcαc βούλεται, λεγέτω τίνα χάριν ἡμῖν ἀντὶ τούτων ἀξίαν δώcει.

X. 10. Ἀλλ' ἐγὼ θαυμάζω πότερα ὡc κρατῶν βαcιλεὺc αἰτεῖ τὰ ὅπλα ἢ ὡc διὰ φιλίαν δῶρα. εἰ μὲν γὰρ ὡc κρατῶν, τί δεῖ αὐτὸν αἰτεῖν καὶ οὐ λαβεῖν ἐλθόντα; εἰ δὲ πείcαc βούλεται λαβεῖν, λεγέτω τί ἔcται τοῖc cτρατιώταιc, ἐὰν αὐτῷ ταῦτα χαρίcωνται.

Quoniam autem singulae orationes diversis praetoribus[14]) tribuuntur neque ordo loquentium idem est neque ipsa nomina inter se congruunt[15]), Ephorum, si modo Xenophontem inspexit, alteri fonti plus ponderis tribuisse apparet. Ipsi enim Ephoro Diodori narrationem vel ideo vindicandam esse censeo, quod vestigia artis rhetoricae, ubicunque in bibliotheca exstant, veluti nostri capitis paragr. 2 non ad ipsum Diodorum sed ad discipulum illum Isocratis imprimis referenda esse nunc inter omnes constat. Quae cum ita sint, vix tamen de altero fonte, quem Ephorum adhibuisse suspicamur, certum iudicium proferri potest. Tantum autem coniectura assequimur, ex Sophaeneti Anabasi[16]) — id quod Volquardsenius contendit[17]) — res illas in colloquio actas ab Ephoro non esse haustas. Etenim nescio an ab omni probabilitate abhorreat, aliter a Sophaeneto praetore, qui haud dubie colloquio illi[18]) intererat, aliter a Xenophonte, qui, si non ipse concilii[19]) particeps, tamen rerum peritissimus erat, nomina eorum qui Phalino respondebant, esse exhibita. Iam cum ab iis, qui in exercitu Graecorum erant, ea nomina commutata esse negem, ad Phalinum vel Ctesiam[20]), quos in nominum errores incidere potuisse veri-

14) Ceterum admonuerim Diodorum duces legationis amore quodam ἀρχιπρεcβευτάc appellare, confer etiam: XII, 53, 2; XIII, 52, 2.

15) X. II, 1, 10 Κλεάνωρ, cui respondet apud Diod. XXV, 6 Cωκράτηc, X. 12 Θεόπομποc, D. 5 Cώφιλοc.

16) Idem cogitat Rehdantzius in praefatione ad Xenoph. Anab. pag. XXI.

17) Pag. 132.

18) Omnes praetores convocatos esse apparet ex Xenoph. Anab. II, 1, 8 et 9.

19) Verisimile esse, Theopompum non alium esse intellegendum quam ipsum Xenophontem post alios comprobat Volquardsenius pag. 131.

20) Plutarchus negat Ctesiam colloquio interfuisse in Artox. 13, 5. Grotius vero V, 43, n. 2 suspiciones Plutarchi refutat.

iterum devictis Graecos sub noctem in castra rediisse narrat itaque si non verbis at certe rebus bene cum Xenophonte concinit et conspirat.

Porro inde a cap. 25, in quo de Phalini[13]) cum Graecorum ducibus colloquio uberius disseritur, multa reperiuntur, quae et rebus et verbis cum Xenophontis narratione congruant.

Comparemus enim haec:

Atque primum quidem Phalinus apud utrumque paene eadem loquitur.

D. Ἐπειδὴ νενίκηκα Κῦρον ἀποκτείνας, παράδοτε τὰ ὅπλα, καὶ πρὸς τὰς θύρας αὐτοῦ βαδίσαντες ζητεῖτε πῶς ἂν αὐτὸν ἐκθεραπεύσαντες ἀγαθοῦ τινος μεταλάβοιτε.

X. Ἐπεὶ νικῶν τυγχάνει καὶ Κῦρον ἀπέκτονε, παραδόντας τὰ ὅπλα ἰόντας ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας εὑρίσκεσθαι ἄν τι δύνωνται ἀγαθόν.

Deinde eundem sensum praebent haec:

D. 3. κἂν φίλοι γενώμεθα τῷ Ξέρξῃ, μετὰ τῶν ὅπλων ὄντες ἀμείνους ἔσεσθαι σύμμαχοι, κἂν πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν ἀναγκασθῶμεν, βέλτιον μετὰ τούτων ἀγωνιεῖσθαι.

X. 20. εἰ μὲν δέοι βασιλεῖ φίλους εἶναι, πλείονος ἂν ἄξιοι εἶναι φίλοι ἔχοντες τὰ ὅπλα ἢ παραδόντες ἄλλῳ, εἰ δὲ δέοι πολεμεῖν, ἄμεινον ἂν πολεμεῖν ἔχοντες τὰ ὅπλα ἢ ἄλλῳ παραδόντες.

Praeterea hae sententiae inter se congruunt:

D. 4. νῦν τὰ μὲν ἄλλα σχεδὸν ἀποβεβλήκαμεν, λέλειπται δ' ἡμῖν ἥ τε ἀρετὴ καὶ τὰ ὅπλα. νομίζομεν οὖν, ἂν μὲν ταῦτα φυλάττωμεν, χρησίμην ἡμῖν ἔσεσθαι καὶ τὴν ἀρετήν, ἂν δὲ παραδῶμεν, οὐδὲ ταύτην ἡμῖν ἔσεσθαι βοηθόν.

X. 12. νῦν ἡμῖν οὐδέν ἐστιν ἀγαθὸν ἄλλο εἰ μὴ ὅπλα καὶ ἀρετή. ὅπλα μὲν οὖν ἔχοντες οἰόμεθ' ἂν καὶ τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, παραδόντες δ' ἂν ταῦτα καὶ τῶν σωμάτων στερηθῆναι.

D. 5. — ὅτι θαυμάζει τοὺς παρὰ τοῦ βασιλέως λόγους· εἰ μὲν γὰρ αὐτὸν δοκεῖ κρείττονα τῶν Ἑλλήνων εἶναι, μετὰ τῆς δυνάμεως ἐλθὼν λαβέτω τὰ παρ' ἡμῶν ὅπλα· εἰ δὲ

13) Xenoph. Anab. II, 1, 7: ἔρχονται παρὰ βασιλέως καὶ Τισσαφέρνους κήρυκες οἱ μὲν ἄλλοι βάρβαροι, ἦν δ' αὐτῶν Φαλῖνος εἷς Ἕλλην κτλ. Diodor. 25, 1: παρεγενήθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως πρέσβεις, ὧν ἦν ἀρχιπρεσβευτὴς ἀνὴρ Ἕλλην, ὄνομα μὲν Φαλῖνος κτλ.

πείσας βούλεται, λεγέτω τίνα χάριν ἡμῖν ἀντὶ τούτων ἀξίαν δώσει.

X. 10. Ἀλλ' ἐγὼ θαυμάζω πότερα ὡς κρατῶν βασιλεὺς αἰτεῖ τὰ ὅπλα ἢ ὡς διὰ φιλίαν δῶρα. εἰ μὲν γὰρ ὡς κρατῶν, τί δεῖ αὐτὸν αἰτεῖν καὶ οὐ λαβεῖν ἐλθόντα; εἰ δὲ πείσας βούλεται λαβεῖν, λεγέτω τί ἔσται τοῖς στρατιώταις, ἐὰν αὐτῷ ταῦτα χαρίσωνται.

Quoniam autem singulae orationes diversis praetoribus[14]) tribuuntur neque ordo loquentium idem est neque ipsa nomina inter se congruunt[15]), Ephorum, si modo Xenophontem inspexit, alteri fonti plus ponderis tribuisse apparet. Ipsi enim Ephoro Diodori narrationem vel ideo vindicandam esse censeo, quod vestigia artis rhetoricae, ubicunque in bibliotheca exstant, veluti nostri capitis paragr. 2 non ad ipsum Diodorum sed ad discipulum illum Isocratis imprimis referenda esse nunc inter omnes constat. Quae cum ita sint, vix tamen de altero fonte, quem Ephorum adhibuisse suspicamur, certum iudicium proferri potest. Tantum autem coniectura assequimur, ex Sophaeneti Anabasi[16]) — id quod Volquardsenius contendit[17]) — res illas in colloquio actas ab Ephoro non esse haustas. Etenim nescio an ab omni probabilitate abhorreat, aliter a Sophaeneto praetore, qui haud dubie colloquio illi[18]) intererat, aliter a Xenophonte, qui, si non ipse concilii[19]) particeps, tamen rerum peritissimus erat, nomina eorum qui Phalino respondebant, esse exhibita. Iam cum ab iis, qui in exercitu Graecorum erant, ea nomina commutata esse negem, ad Phalinum vel Ctesiam[20]), quos in nominum errores incidere potuisse veri-

---

14) Ceterum admonuerim Diodorum duces legationis amore quodam ἀρχιπρεσβευτάς appellare, confer etiam: XII, 53, 2; XIII, 52, 2.

15) X. II, 1, 10 Κλεάνωρ, cui respondet apud Diod. XXV, 6 Σωκράτης, X. 12 Θεόπομπος, D. 5 Σώφιλος.

16) Idem cogitat Rehdantzius in praefatione ad Xenoph. Anab. pag. XXI.

17) Pag. 132.

18) Omnes praetores convocatos esse apparet ex Xenoph. Anab. II, 1, 8 et 9.

19) Verisimile esse, Theopompum non alium esse intellegendum quam ipsum Xenophontem post alios comprobat Volquardsenius pag. 131.

20) Plutarchus negat Ctesiam colloquio interfuisse in Artox. 13, 5. Grotius vero V, 43, n. 2 suspiciones Plutarchi refutat.

simillimum est, Ephori narratio referenda esse videtur. Ac ne in proxima quidem Diodori narratione, qua Graecos primum cum Ariaeo se coniunxisse, tum cum ipso rege de reditu pactionem fecisse, denique regem bene de se meritos beneficiis ornasse exponitur, ullam inter utrumque similitudinem intercedere apparet.

Sed cum usque ad cap. 26 § 6 aut nequaquam aut raro verborum similitudines exstent, subito inde ab hac paragrapho res et verba tam constanter inter se conspirant, ut Diodorum etiam ipsius Xenophontis libros, non solum Ephori historias in manibus habuisse manifestissimum sit. Quae quidem similitudo quamquam non omnium, qui Diodorum cum Xenophonte comparaverunt, oculos effugit, tamen non ea, qua par erat, diligentia adhuc examinata est.

Nam cum alii, veluti Schenkelius[21]) certa argumenta, quibus consensus utriusque scriptoris confirmetur, indagari posse desperent, quamquam ipsum Xenophontem a Diodoro adhibitum esse contendunt, alii, in quibus est Kruegerus[22]) et Grotius[23]) perpaucis locis vestigia eruerint, — Volquardsenium, qui multum in Diodori fontibus perscrutandis elaboravit, discrepantiae, quae inter nonnullos horum scriptorum locos exstant, adeo moverunt, ut ullam inter utrumque intercedere necessitudinem prorsus[24]) negaret. Cuius viri sententia multis probata quam sit infirma, singulis deinceps locis similibus enumeratis infra luculenter demonstrabo.

Quamquam concedendum est, non in omnibus narrationis

---

21) Xenophont. Studien in den Berichten der kaiserlichen Akademie zu Wien 1868. Dicit hoc: Möglich dass Ephorus das Werk des Sophänetus benutzte und daher die abweichenden Angaben in der Schilderung des Zuges bei Diodor XIV, 19, 31, der übrigens neben Ephorus auch Xenophon, besonders in der Katabasis, für seine Darstellung verwerthet hat. Ein bestimmter Beweis aber lässt sich hierfür nicht bringen.

22) Kruegerus annotat (Histor.-phil. Studien Bd. 2, pag. 269) ad verba Xenophontis V, 4, 34: Τούτους (τοὺς Μοσσυνοίκους) ἔλεγον οἱ στρατευσάμενοι e. q. s. „Quae ad verbum fére Diodorum expressisse 14, 30 eo magis mirum est quo minus alibi Anabasin respicit."

23) V. Bd., deutsche Uebersetzung von Meissner, 69 cap., pag. 89, Anm. 93.

24) Pag. 131.

partibus similia ab utroque referri. Quae cum ita sint, fortasse dubitari possit, utrum Diodorus ipsum Xenophontem — id quod verisimillimum esse supra dixi — an Ephorum, qui antea Xenophontis libris usus sit, in manibus habuerit. Nam fere una est omnium virorum doctorum sententia, qui Diodorum unum semper scriptorem quasi ducem secutum et complures fontes inter se coniungendi ne mediocriter quidem peritum fuisse contendunt. At Ephorum disertissimum Isocratis discipulum etiam in hac re scriptorem haud contemnendum esse omnes fere censent.

Iam antequam meam de his rebus sententiam accuratius explicem, eorum virorum breviter mentionem faciam, qui a Diodoro cum Ephorum exscriptum esse disputent, ipsos illos scriptores, qui primi res gestas literis mandaverunt, imprimis Thucydidem et Xenophontem, adhibitos esse negant. Quod postquam Volquardsenius universe statuit, Collmannus[25]) eam partem, quae est de bello Peloponnesiaco, non ab ipso Thucydide sed ab Ephoro sumptam esse haud sine magna probabilitate docuit. Atque in eandem sententiam Frickius[26]) disputavit, qui quidem cum ne minimam quidem sollertiam in historia componenda Diodoro tribuat, alio[27]) loco miro modo secum discordans haec adnotat „Für uns hält es nun schwer, oder ist kaum möglich, bei diesen Allen die Quellen mit Sicherheit nachzuweisen, weil Diodor hier aus den verschiedenartigsten Schriftstellern — seine Notizen zusammengetragen hat". Denique Holzapfelius[28]) Collmanno succurrens quominus ipsum Thucydidem a Diodoro continuo adhibitum esse putaret prohibitus est, primum quod res in bibliotheca plerumque alio ordine atque in Thucydidis libris enarrantur, deinde quod raro apud Diodorum exstat caput, cuius argumentum cum Thucydideo totum conveniat. Quoniam autem constat, Cumaeum

---

25) De Diodori Siculi fontibus comment. crit. cap. IV. Dissert. inaug. Marburgi 1869.

26) Untersuchungen über die Quellen des Plutarch im Nikias und Alkibiades, Leipzig 1869.

27) Pag. 47.

28) Untersuchungen über die Darstellung der griechischen Geschichte von 489—13 v. Chr. Habilitationsschrift Leipzig 1879.

scriptorem non morem illum Thucydidis res singulis annis gestas deinceps enarrandi persecutum sed temporis ordine saepe neglecto res quam maxime inter se complexum esse neque vero studia eorum[29]), qui Diodoream et Thucydideam annorum rationem inter se conciliabant, prospero eventu[30]) utebantur, Diodorum Ephoro duci totum se applicasse haud incredibile esse videtur. Iam vero cum non sit negandum, facile fieri potuisse, ut Diodorus ipsam Thucydidis narrationem in bello Peloponnesiaco describendo secutus — nam de πεντηκονταετίᾳ nihil certi dici potest — omnes temporum errores evitaret, tamen tenendum est, etiam in iis bibliothecae partibus, quae ad Ephorum nullo modo referri possint[31]), temporum ordinem plerumque foedissime esse perturbatum. Itaque nescio an in universum iure contendamus, Diodorum ut aliarum rerum, sic temporum quoque accurate significandorum parum diligenter rationem habuisse. Quamquam dubitari non potest, quin nonnumquam temporum ordinem respiciens studium res inter se artissime cohaerentes uno tamquam filo explicandi cohibuerit. Quod nescio an optime comprobetur eiusmodi formulis, quas saepissime in narrationem inseruit[32]) „ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖς οἰκείοις χρόνοις ἀκριβέστερον ἐροῦμεν, ἵνα μὴ παρὰ φύσιν προλαμβάνωμεν τῇ γραφῇ τοὺς καιρούς“ (XIII, 37, 6) vel „ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον πραχθέντα τεύξεται λόγου κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους“ (XIII, 53, 4), similes XIII, 38, 3; 96, 5; XIV, 2, 3; 63, 2 κτλ. Iam cum eaedem formulae etiam in iis partibus, in quibus Ephorus advocari non potuit, occurrant veluti XIV, 117, 5; XVII, 1, 4, ipsum Diodorum, veritum ne in remotiora tempora laberetur, continuitatem interrupisse apparet. Ac ne altera quidem causa, quam Holzapfelius pro-

29) Confer: Arnoldum Schaeferum, de rerum post bella persica usque ad foedus tricennale gestarum tempore, Bonnae 1865, pag. 8. Porro: Volquardsenium pag. 40, Collmannum pag. 4, Schmidtium, Perikl. Zeitalter I, 8 Anm.

30) Demonstrat hoc Holzapfelius, Anhang, Excurs I, pag. 172 „Ueber das chronol. System Diodors“.

31) Nonnulla huc pertinentia attulit Holmius, Geschichte Siciliens im Alterthum II, 1874, pag. 367, 68.

32) Ipse se corrigit XIII, 38, 3: „ἀλλὰ ταῦτα μὲν μικρὸν ὕστερον ἐγενήθη“ κτλ. et similiter XIII, 108, 5; XVII, 71, 3.

tulit, nimis premenda est. Nam quamvis Nissenii[33]) disputationibus demonstratum sit, Diodorum in libris XXVIII—XXXII, quantum videre liceat, paene solum Polybium (XVI—XXX) excerpsisse itemque Diodorum cum Curtio Rufo conferentes ex uno Clitarcho in libro XVII eum sua hausisse noverimus, tamen constanter hunc morem eum secutum esse ut aliis fontibus neglectis unum auctorem exscriberet inde nullo modo colligi potest. Exstant enim testimonia ab Holmio congesta, quibus Diodorum complures fontes si non coniunxisse at una adhibuisse sine dubio comprobetur.[34]) Quibus ego unum addam, quod oculos virorum doctorum adhuc effugit. Postquam enim initio cap. 11 libri XIV a rebus Siciliensibus verbis illis frequentissime adhibitis „τούτων δὲ πραττομένων[35])" ad res in Asia gestas transiit, de nece Alcibiadis duas narrationes inter se repugnantes affert. Atque alterius quidem, quam praetulisse videtur, auctorem non apponit. Alteram ex Ephori historiis haustam eam ob causam commemorare se velle profitetur, quod memoria haud indigna esse sibi videatur. Iure igitur etiam hinc concludi potest, non semper Diodorum uno fonte contentum fuisse, sed complures interdum in manibus habuisse. Quamquam diversas de una quaque re narrationes undique petitas semper annotare operosius neque consilio eius universam orbis terrarum historiam quam angustissimis finibus adumbrandi erat aptum.[36])

Tantum autem abest, ut sine ullo iudicio quemlibet scriptorem exscripserit, ut res quae memoria ei dignae esse videntur, a levioribus discernere studeat. Quod ut demonstrem, hos locos perlegi iubeo: XII, 21, 3; 38, 1; XIII, 35, 5; 52, 2; 81, 4; 84, 7; 104, 8; 108, 5 κτλ., ex posterioribus autem libris: XVI, 93, 3; XVIII, 5, 1. Quibus ex omnibus hoc sine dubio apparere videtur, historiae componendae non tam imperitum

33) H. Nissenius, Kritische Untersuchungen über die vierte und fünfte Dekade des Livius.

34) Vide imprimis paginas: 342, 64, 65, 72, 77.

35) Pro his etiam magis in usu est „ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις" XII, 34, 47, 52, 57, 59, 66, 69 κτλ.

36) Mihi Diodorus, quantum perspicio, imprimis ubi numeri copiarum vel causae alicuius rei traduntur, testem vel testes adhibuisse videtur.

eum fuisse, ut ii opinantur, qui nihil curantem et cogitantem Diodorum ad quemvis auctorem ad verbum exscribendum accessisse contendunt. Immo arbitrio suo res modo breviter, modo uberius exponit, alias silentio praeterit, alias, quarum eventum bene scit, posteriore tempore accuratius se explicaturum esse promittit.

Quibus expositis ad illud, quod nobis propositum est, redeamus. Ut enim omnino nondum demonstratum puto, semper uno scriptore maximeque Ephoro Diodorum usum esse eiusque singula fere verba in usum suum convertisse, sic iis quae iam explicaturus sum, hanc sententiam haud mediocriter debilitatum iri spero. Antequam autem ad eam testimoniis refutandam aggrediar, hoc respiciamus velim, multa in Diodori narratione nec pauca in ea parte, de qua tractaturi sumus, inveniri, quae vehementer inter se pugnent. Quae quidem facile expediuntur, si Diodorum leviter totam Anabasin percurrentem, cum non ita auctoris vestigia premeret ut vulgo creditur, haec vel illa parum curasse contendimus. An Ephoro ipsi menda illa crimini danda esse videntur?

Sed dixerit fortasse quispiam, non esse verisimile, Diodorum, si re vera Xenophontis Anabasi in hac bibliothecae parte pro fundamento usus esset, ne semel quidem nominis eius, quippe qui primas partes in reditu Graecorum egerit, mentionem facturum fuisse. At cum mirum non sit quod scriptor harum rerum nullo loco citatur, ne eiusmodi quidem dubitatio quidquam valet quod Xenophontis in exercitu auctoritas ab ipso omnino silentio obtegitur. Nam hoc sine dubio ex tota reditus Graecorum descriptione apparet, Diodorum in res a Graecis praeclare gestas plane nullam operam contulisse sed tantum de cultu et moribus eorum populorum, quos Graeci redeuntes attigerunt, quae maxime digna erant memoratu, literis mandasse. Quae cum ita sint, ipsius Xenophontis commemorandi necessitas nulla Diodoro imposita erat.

Sed accedamus ad ipsa utriusque scriptoris verba comparanda. Atque prima quidem perspicua similitudinis vestigia eruimus inde a Diodori cap. 26 § 6, qui locus conferendus est cum Xenoph. II, 5, 30. Ipsa verba sunt:

ρίου μνᾶς, ἐπὰν εἰς Βαβυλῶνα ἥκωσι". Quae verba maxime inter se conspirare quis est quin intellegat? Atque etiam in sequentibus tribus bibliothecae capitibus, ut ea una comprehendam, nonnulla cum Xenoph. verbis congruunt. Primum enim de armatura Cyri equitum (X. I, 8. 7 „εἶχον δὲ καὶ μαχαίρας οἱ ἱππεῖς Ἑλληνικάς", — D. 22, 6 „θώρακας ἔχοντες καὶ μαχαίρας Ἑλληνικάς"), tum de initio pugnae pariter ab utroque traditur (X. I, 8, 17 „καὶ οὐκέτι τρία ἢ τέτταρα στάδια διειχέτην τὼ φάλαγγε ἀπ' ἀλλήλων ἡνίκα ἐπαιάνιζόν τε οἱ Ἕλληνες" κτλ. — D. 23, 1 „Ὡς δὲ τρεῖς σχεδὸν σταδίους ἀπεῖχον ἀλλήλων αἱ δυνάμεις, οἱ μὲν Ἕλληνες παιανίσαντες" κτλ.). In ceteris autem, si a cap. 24 argumento, haud ita diverse ut vel obiter inspicienti apparet exposito, discesserimus, neque rerum neque verborum apertam similitudinem perspiciemus. At cum in cap. 19—21 Diodorum Ephorum constanter secutum esse non habeam, quod negem, in ea parte, quae est de ipsa pugna (22—24), adeo Ephori vestigia eum pressisse, ut auctorem illum minus magisve exscriberet, probari non potest. An quod nomen Tissaphernis, a Xenophonte (I, 2, 4) et Plutarcho (Artox. 6, 5) recte proditum, cum Pharnabazo (22, 1) commutatur, eiusmodi neglegentiam ab Ephoro originem ducere arbitremur? Quod igitur Pharnabazi nomen etiam aliis Diodoreis locis falso pro Tissapherne ponitur, hoc proprium Diodori vitium esse nescio an recte cum Volquardsenio[2]) statuamus. Sed is quidem ita rem interpretatus, ut Diodorum, postquam semel falsum nomen edidisset, locum corrigere nolentem consulto in tam perversa nominis mutatione perseverasse statuat, veram mendi causam non perspexisse videtur. Nam ita si res se haberet, cum primum Tissaphernes iusto loco (23, 7) memoratus est, futurum fuisse, ut XIV, 35, 2 iterum cum Pharnabazo mutaretur, veri esset dissimillimum. At quanto verisimilius esse videtur, mera incuria et neglegentia scribendi Diodorum in omnes hos errores incidisse.[3]) Etenim cum non ita auctorem sequeretur, ut sine iudicio ad verbum eum exscri-

2) Untersuchungen über die Quellen der griechischen und sicilischen Geschichten bei Diodor XI—XVI, Kiel 1868, pag. 127, Anm. 1.

3) Idem sentit Frickius, Untersuchungen über die Quellen des Plutarch im Nikias und Alkibiades, Leipzig 1869, p. 68.

beret, quaecumque ab utroque illo Persarum satrape, qui artissime inter se coniuncti sunt, singulis locis separatim confecta esse acceperat, commiscuit et in unam tamquam imaginem contraxit. Unde factum est, ut in memoria eius pro duobus unus tamquam omnium rerum auctor evaderet. Nam adeo eum veritatis neglegentem fuisse, ut solam propter fugam laboris singulas deinceps res ab utroque gestas enarrare nollet, hoc contendere non audeo. Ergo illa ratione factum esse suspicor, ut omnia ea, quae a Thucydide et Xenophonte ad Tissaphernem referuntur, a Diodoro constanter ad Pharnabazum transferrentur. Itaque falso etiam libri XIII cap. 36, 37, 38, 42 et in fine capitis 46 nomen Pharnabazi proditum invenimus. Contra iure Pharnabazi mentio fit libri XIII cap. 40, 45, 46, extrema paragrapho excepta. Ex quibus omnibus locis is, quem extremo loco citavi, maxime memorabilis rationem illam, qua Diodorum in hac re usum esse dixi, optime comprobare videtur. Nam cum Pharnabazi nomen solum in animo eius quasi infixum haereret, Tissaphernis iter in Hellespontum ad animos Lacedaemoniorum reconciliandos[4]) susceptum, nomine satrapis mutato cum filo totius narrationis ita contexuit, ut Pharnabazum eo consilio fortiter contra Athenienses apud Abydum[5]) pugnantem faceret, ut de criminibus, quae vere Tissapherni bellum ducere cupienti a Lacedaemoniis obiecta sunt, ipse se purgaret. Iam cum ne in ceteris quidem huius libri capitibus Tissaphernis nomen occurrat, recte autem insequentis libri (XIV) cap. 11 Pharnabazus commemoretur, ad quem[6]) locum Pharnabazi nomen capite 22 falso editum maxime spectare videtur, quod tandem in ipsa pugna 23, 7 Tissaphernes non ut vir fama celebratus aut summis honoribus ornatus — id quod Volquardsenius iniuria exspectat — sed ut homo novus (ἀνὴρ Πέρσης) ante oculos legentium proponitur, mirum esse non potest. Neque vero cap. 26, 4 et 35, 2 ita scriptum est, ut iam olim Tissaphernem Ionicas urbes in potestate[7])

4) De quo vide Thucyd. VIII, 109.

5) Confer Plutarchi Alcibiadem 27, 3 et Xenoph. Hellenica I, 1, 6.

6) Imprimis causae ab Ephoro in hoc capite allatae respiciendae sunt.

7) Confer Xenoph. Hellenica III, 1, 3: ἐπεὶ Τισσαφέρνης σατράπης κατεπέμφθη ὧν τε αὐτὸς πρόσθεν ἦρχε καὶ ὧν Κῦρος κτλ. Anab. I, 1, 6:

nionis tamquam ansam sibi datam esse putant viri docti nomine illo Chaorum, pro quo apud Xenophontem „Taochorum“ nomen legitur. Quoniam enim in exiguis illis Sophaeneti Anabasis fragmentis, a Stephano Byzantio servatis s. v. Ταόχων haec reperiuntur „Τάοχοι ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Πόντου. Καὶ·ἡ χώρα οὕτω. Τούτους τινὲς Τάους καλοῦσιν, ὡς Σοφαίνετος“, aliqua verisimilitudine Sophaeneti illud Τάων in Χάων corruptum esse contendunt. Sed cum de reliquorum nominum repugnantia, quae exstat inter D. Ἅρπαγον ποταμόν et X. (IV, 7, 18) Ἅρπασον ποταμόν; inter D. Σκουτίνους et X. Σκυθίνους; inter D. Γυμνασίαν πόλιν et X. Γυμνιάδα; inter D. Χήνιον ὄρος et X. Θήχη ὄρος neque aliunde quidquam acceperimus neque ipsi certi quidquam divinare possimus, quoad novis argumentis instruamur, quaestionem diiudicare non licebit. Utcumque autem res est, in ipsis nominibus proferendis summa constantia Diodorum a Xenophonte duce discessisse pro certo affirmari potest. Neque tamen ita ad alterum fontem transit, ut Xenophontem omnino non in manibus habuisse eum cognoscatur. Quid quod haud raro eaedem figurae eademque verba apud utrumque deprehenduntur? Sic fluminis Ἁρπάσου (D. Ἁρπάγου) latitudo eadem traditur (πλέθρων τεττάρων: D. 2. X. IV, 7, 18), sic postquam πρὸς πόλιν μεγάλην Γυμνασίαν (X., ἣ ἐκαλεῖτο Γυμνιάς) Graecos pervenisse audivimus, similiter. insequentia enuntiata incipiunt „D. § 3: ἐκ δὲ ταύτης ὁ τῶν τόπων τούτων ἀφηγούμενος“; X. IV, 7, 19: „ἐκ ταύτης ὁ τῆς χώρας ἄρχων“, sic tandem locum illum, qui primum Graecis aspectum maris praebebat, iisdem coloribus — id quod Kruegerum et Grotium non effugit — depictum esse singulis demonstrabimus. Comparemus enim: D. „ὡς εἶδον πορευόμενοι οἱ πρῶτοι τὴν θάλατταν . . τοιαύτην ἐποίουν κραυγὴν ὥστε τοὺς ἐπὶ τῆς οὐραγίας ὄντας ὑπολαμβάνοντας πολεμίων ἔφοδον εἶναι“, cum IV, 7, 21 et 22 „ἐπεὶ δὲ οἱ πρῶτοι ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ ὄρους καὶ κατεῖδον τὴν θάλατταν, κραυγὴ πολλὴ ἐγένετο. ἀκούσας δὲ ὁ Ξενοφῶν καὶ οἱ ὀπισθοφύλακες ᾠήθησαν ἔμπροσθεν ἄλλους ἐπιτίθεσθαι πολεμίους“.

Porro respice D. „ὡς δ' ἅπαντες ἀνέβησαν ἐπὶ τὸν τόπον“ κτλ. et X. 7, 25: „ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο πάντες ἐπὶ τὸ ἄκρον“.

Denique iisdem vel similibus verbis saxa a Graecis ad monumentum exstruendum apportata D. „συνενέγκαντες λίθους“;

X. 25 „φέρουςι λίθους“, spolia consecrata D. „cκῦλα τῶν βαρβάρων ἀνέθεςαν“; X. „ἀνετίθεςαν τὰ αἰχμάλωτα γέρρα“, ducem viae praemiis acceptis D. „φιάλην ἀργυρᾶν καὶ cτολὴν Περcικὴν ἐδωρήςαντο“; X. 27 „δῶρα δόντες ἀπὸ κοινοῦ ἵππον καὶ φιάλην ἀργυρᾶν καὶ cκευὴν Περcικήν“ dimissum esse explicatur. Quod factum esse diserte refertur ab utroque postquam qua via ad agros Macronum pervenirent docuit:

D. „ὃς δείξας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ Μάκρωνας ὁδὸν ἀπηλλάγη“;

X. IV, 7, 27 „κώμην δὲ δείξας οὗ cκηνήςουςι καὶ τὴν ὁδὸν ἣν πορεύςονται εἰς Μάκρωνας . . ᾤχετο ἀπιών“.

Iam his rebus comparatis restat ut de Diodori quodam in hac narratione vitio pauca verba faciamus. Nam cum initio paragr. tertiae viae duces Graecis attributos esse comperiamus, insequenti paragr. praeter exspectationem unius ducis mentio inicitur. Quae quidem repugnantia rerum ita explicanda esse videtur, ut Diodorum aut summa neglegentia scribendi usum esse, aut altero § 3 fonte adhibito antecedentis narrationis immemorem inde a § 4 totum ad Xenophontem se applicasse statuamus.

Quem inde a § 5 et in cap. 30 non solum primarium, sed unum ducem Diodorus ita sequitur, ut memoratu dignissima leviter excerpat. Cumulantur enim tam evidenter et rerum et verborum similitudines nec raro sententiae tam arte inter se conexae sunt, ut qui Diodorum ex Ephori libris, non ex ipsis Xenophontis omnia ea petivisse contendant, eorum oculi obtusi esse videantur. Et singula quidem haec sunt. De foedere inter Graecos et Macrones icto hos locos inter se comparemus:

D. πρὸς πίςτιν παρὰ μὲν ἐκείνων λόγχην ἔλαβον βαρβαρικήν, αὐτοὶ δ' Ἑλληνικὴν ἔδωκαν.

X. IV, 8, 7 [ἠρώτων ἐκεῖνοι εἰ δοῖεν ἂν τούτων] τὰ πιςτά. οἱ δ' ἔφαςαν καὶ δοῦναι καὶ λαβεῖν ἐθέλειν. ἐντεῦθεν διδόαςιν οἱ Μάκρωνες βαρβαρικὴν λόγχην τοῖς Ἕλληςιν, οἱ δὲ Ἕλληνες ἐκείνοις Ἑλληνικήν.

Nec tamen semper Diodorus quam angustissimis finibus Xenophontis narrationem circumscribit, sed interdum res etiam minutas exornat et amplificat.[37]) Sic verba illa Xenophontea

37) Similiter hoc demonstrat Holmius in Plutarcho pag. 354.

„ταῦτα γὰρ ἔφασαν πιστὰ εἶναι“ hoc modo a Diodoro augentur: „ταῦτα γὰρ ἔφασαν αὐτοῖς οἱ βάρβαροι διὰ προγόνων παραδεδόσθαι πρὸς πίστιν βεβαιότατα“. Atque idem Diodori studium insequente capite elucet, quo quae Graecis melle gustato acciderint plerumque copiosius enarrantur. Sunt autem haec inter se comparanda: D. „εὑρίσκετο δὲ καὶ σμήνη παμπληθῆ περὶ τοὺς τόπους“. X. IV, 8, 19: „τὰ δὲ σμήνη πολλὰ ἦν αὐτόθι“.

D. ἐξ ὧν πολυτελῆ προσεφέρετο κηρία. τούτων δ' οἱ γευσάμενοι παραλόγῳ περιέπιπτον συμπτώματι· οἱ γὰρ μεταλαβόντες αὐτῶν ἄφρονες ἐγίγνοντο.

X. IV, 8, 20: καὶ τῶν κηρίων ὅσοι ἔφαγον τῶν στρατιωτῶν πάντες ἄφρονές τε ἐγίνοντο.

D. καὶ πίπτοντες ἐπὶ τὴν γῆν ὅμοιοι τοῖς τετελευτηκόσιν ὑπῆρχον.

X. 20: „καὶ ὀρθὸς οὐδεὶς ἐδύνατο ἵστασθαι, ἀλλ' οἱ μὲν ... ἐῴκεσαν ... οἱ δὲ καὶ ἀποθνήσκουσιν“.

Porro exhibet D. 2, πολλῶν δὲ φαγόντων [διὰ τὴν γλυκύτητα τῆς ἀπολαύσεως], ταχὺ τὸ πλῆθος ἐγεγόνει τῶν πεπτωκότων οἱονεὶ τροπῆς [ἐν πολέμῳ] γεγενημένης.

X. 21. ἔκειντο δὲ οὕτω πολλοὶ ὥσπερ τροπῆς γεγενημένης.

D. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἠθύμησεν ἡ δύναμις, καταπεπληγμένη ...

X. καὶ πολλὴ ἦν ἀθυμία.

D. τῇ δ' ὑστεραίᾳ περὶ τὴν αὐτὴν ὥραν ἅπαντες ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον καὶ κατ' ὀλίγον ἀνακτώμενοι τὸ φρονεῖν ἀνέστησαν καὶ τὸ σῶμα διετέθεσαν ὁμοίως τοῖς ἐκ φαρμακοποσίας διασωθεῖσιν. ὡς δ' ἀνέλαβον ἑαυτοὺς ἐν τρισὶν ἡμέραις.

X. 21. τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀπέθανε μὲν οὐδείς, ἀμφὶ δὲ τὴν αὐτήν που ὥραν ἀνεφρόνουν· τρίτῃ δὲ καὶ τετάρτῃ ἀνίσταντο ὥσπερ ἐκ φαρμακοποσίας.

Haec sunt, quibus adversarios nostros vehementissime perturbari existimem. Nam omnes has imagines, quas modo attulimus, paene ad verbum Diodoro cum Xenophonte communes primum ab Ephoro e Xenophonte, tum a Diodoro ex Ephoro sumptas esse qui sibi animo persuadet, is non solum ab omni probabilitate deficit, verum etiam de Ephori existimatione multum detrahit.

Sed pergamus ad proxima. In quibus ea, quae de origine

et situ nonnullorum oppidorum disseruntur, summa admiratione digna esse videntur. Nam quamquam concedo, Diodorum his locis Xenophonti prorsus se addicentem neque gravia semper a levibus secernentem in ipsis verbis ordinem auctoris nonnumquam diligenter observasse, tamen num Ephorus, quippe qui gravissimas res usque ad ipsius aetatem gestas composuisse videatur, in urbibus, quas Graeci redeuntes attigerunt, describendis tam uberiter atque copiose versatus sit aut tam servili imitatione Xenophontis Anabasin, quinquaginta fere annis ante editam Ephoroque aequalibus sine dubio notissimam expresserit, ego valde dubito. Legimus enim haec:

D. 3. ἐπορεύθηcαν εἰc Τραπεζοῦντα πόλιν Ἑλληνίδα, Cινωπέων μὲν ἄποικον, κειμένην δὲ ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ.

X. IV, 8, 22 ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθηcαν ... εἰc Τραπεζοῦντα πόλιν Ἑλληνίδα (οἰκουμένην ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ) Cινωπέων ἀποικίαν ἐν τῇ Κόλχων χώρᾳ.

Et clarius etiam, ut hoc huic loco inseram:

D. 5 καὶ τριταῖοι παρεγενήθηcαν εἰc Κεραcοῦντα πόλιν Ἑλληνίδα, Cινωπέων ἄποικον.

X. V, 3, 2 καὶ ἀφικνοῦνται πορευόμενοι εἰc Κεραcοῦντα τριταῖοι πόλιν Ἑλληνίδα ἐπὶ θαλάττῃ Cινωπέων ἄποικον.

Eadem denique, ne singula enumerando legentes fatigem, ab utroque de Cotyora[38]), de Sinopa[39]), de Heraclea[40]) oppido enarrantur, sed ita quidem, ut Diodorus plerumque hanc vel illam memoriam repetere omittat. Sed ut redeamus, unde digressi sumus, quae Trapezunte facta sunt, eorum quoque descriptio similibus verbis incipitur.

Exhibet enim D. 3. „ἐνταῦθα δὲ διατρίψαντεc ἡμέραc τριάκοντα, παρὰ μὲν τοῖc ἐγχωρίοιc λαμπρῶc ἐξενίcθηcαν".

X. VIII, 22, 23: „ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέραc ἀμφὶ τὰc τριάκοντα . καὶ ἐδέξαντο τοὺc Ἕλληναc καὶ ξένια ἔδοcαν".

Deinde Diodoro, duo sane Xenophontis enuntiata in unum contrahenti, haec sunt communia cum Xenophonte:

D. αὐτοὶ δὲ τῷ τε Ἡρακλεῖ καὶ Διὶ cωτηρίῳ θυcίαν ἐποίηcαν καὶ γυμνικὸν ἀγῶνα.

38) D. 31, 1 — X. V, 5, 3.
39) D. 31, 2 — X. VI, 1, 15.
40) D. 31, 3 — X. VI, 2, 1.

X. IV, 8, 25: ἦλθον αὐτοῖς ἱκανοὶ βόες ἀποθῦσαι τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἡγεμόσυνα ... ἐποίησαν δὲ καὶ ἀγῶνα γυμνικόν.

Sed mirum quam diversa ratione locus ille, quo sacra et ludos gymnicos a Graecis factos esse audimus, ab utroque scriptore describitur. Nam Xenophonte auctore de loco in montuosa regione haud procul ab urbe Trapezunte sito cogitandum est (IV, 8, 25); nec dubium esse potest, quin scriptori nostro singula eximia cura reddenti summa fides attribuenda sit. Diodorus autem ad eundem locum tum Graecos pervenisse annotat, quem Argonautae olim Iasone duce[41]) petiverint. Quae cum ita sint, facere non possumus, quin Diodorum alium scriptorem fortasse Ephorum inspexisse statuamus.

Quod quamquam certo diiudicari nequit, tamen verba illa eundem locum designare videntur, quem Pindarus (Pyth. IV, 204) his verbis indicavit:

„σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' Ἀξείνου στόμα πεμπόμενοι
ἤλυθον ἔνθ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἔσσαντ' εἰναλίου τέμενος“.

Qui quidem locus Dissenio teste Hieron promuntorium nominatus historico tempore erat celeberrimus. Quamquam hoc respici velim, locum illum haud ita prope urbem Trapezuntem situm, sed magis ad Cerasuntem esse versum. Quamobrem cum de situ loci sane memorabilis ab iis, qui expeditioni intererant, diversa tradita esse vix sit consentaneum, nisi Ephorum fabulas in historias inserendi studio ductum consulto veritatem corrupisse statuimus, ad ipsum Diodorum halucinatio illa referenda esse videtur. Ceterum similes nugas etiam in Xenophontis librum VI, 2 irrepsisse monuerim, quas nullo modo posse defendi postquam intellectum est, in additamentorum genere ponendas[42]) esse nunc fere inter omnes constat.

Quibus rebus absolutis ad ea quae restant comparanda transeamus. Atque primum quidem Chirisophum navium arcessendarum causa Byzantium missum esse apud utrumque legimus.

Sed cum apud Xenophontem Chirisophus recta oratione se amicitiae vinculis cum Anaxibio praefecto navium coniunctum esse explicet, apud Diodorum idem oratione obliqua

41) Καθ' ὃν τόπον φασὶ προσπλεῦσαι τὴν Ἀργὼ καὶ τοὺς περὶ Ἰάσονα.

42) Disputaverunt de hoc loco imprimis Kruegerus, de auth. et integr. Anab. pag. 143 et Dindorfius in edit. maiore.

disseritur: X. V, 1, 4 „Φίλος μοί ἐστιν, ὦ ἄνδρες, Ἀναξίβιος, ναυαρχῶν δὲ καὶ τυγχάνει“ κτλ. — D. 4 „ἔλεγε γὰρ εἶναι φίλος Ἀναξιβίῳ τῷ Βυζαντίων ναυάρχῳ“.

Pariter tum post discessum Chirisophi de duabus navibus receptis refertur (X. 5 „ἔλαβον δὲ καὶ πεντηκόντορον παρὰ τῶν Τραπεζουντίων et 16 „ἔλαβον δὲ καὶ τριακόντορον“. — D. 4 „λαβόντες δὲ τῶν ἐπικώπων δύο πλοιάρια παρὰ τῶν Τραπεζουντίων“); ea autem, quae a Xenophonte in paragr. 16 et 17 et imprimis insequente capite (2) accurate explanantur, paucis Diodori verbis his „ἐλῄστευον τοὺς περιοικοῦντας βαρβάρους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν“ comprehensa exstant.

Iisdem tum causis permotos Graecos a Trapezunte profectos esse apud utrumque legimus:

D. 5 ὡς δ' ἐκεῖνος (Χειρίσοφος) ἐβράδυνεν, αἱ δὲ τροφαὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐσπάνιζον.

X. V, 3, 1 ἐπεὶ δὲ οὔτε Χειρίσοφος ἧκεν . . οὔτε τὰ ἐπιτήδεια ἦν λαμβάνειν κτλ.

Iam cum de itinere ad urbem Cerasuntem urbisque origine antea sit disputatum, ubi „δέκα ἡμέρας“ Graecos moratos esse accurate Xenophon, „τινας“ Diodorus tradit (D. 5: ἐν ταύτῃ δὲ ἡμέρας διατρίψαντές τινας, X. V, 3, 2: ἐνταῦθα ἔμειναν ἡμέρας δέκα), de Mossynoecorum vita moribusque, quos tum redeuntes attigerunt, diligenter ab utroque agitur.

Quod autem Xenophon duas populi gentes diserte discernit, Diodorus unum tantum populum commemorat, alter duo proelia commissa esse narrat, alter unum, — nihil aliud inde concludere licet, quam Diodorum, ne nimis diu in singulis rebus exponendis versaretur, ut alibi sic hic quoque complures res paucis tamquam lineis adumbrasse, secundum autem proelium ideo solum descripsisse, quod maioris erat momenti. In ceteris autem apertam inter utrumque affinitatem intercedere neminem effugiat. Quae enim Diodorus de primo cum hostibus congressu (init. § 6) dicit, ea sine dubio a Xenoph. § 24 cap. 4 sumpsit. Qua re bene gesta de fuga hostium ad caput in fastigio montis positum, ubi regis domicilium erat, de oppugnatione arcis ligneis turribus munitae, de continuis Graecorum impetibus, de expugnatione denique loci eadem etsi non tanta quanta alioquin similitudine verborum ab utroque referuntur:

D. cυμφυγόντων δὲ εἴc τι χωρίον.
X. 25 ἐνταῦθα οἱ πολέμιοι ὁμοῦ δὴ πάντες γενόμενοι.
D. cυνεχεῖc προcβολὰc ποιηcάμενοι.
X. ἐπεὶ δὲ οὐχ ὑφίεντο οἱ Ἕλληνεc.
D. ἐν ᾧ καὶ ὁ βαcιλεὺc αὐτῶν κατῴκει τὸν ὑψηλότατον τόπον ἔχων.
X. 26 ὁ δὲ βαcιλεὺc αὐτῶν ὁ ἐν τῷ μόccυνι τῷ ἐπ' ἄκρου ᾠκοδομημένῳ.
D. ἔθοc δ' ἔχει πάτριον μένειν ἐν αὐτῷ τὸν πάντα βίον.
X. ὃν τρέφουcι πάντες κοινῇ αὐτοῦ μένοντα καὶ φυλάττοντα.

Quos autem mores solis iis Mossynoecis, quibuscum Graeci amicitiam foedusque fecissent, fuisse Xenophon inde a § 32 enarrat, eos omnibus Mossynoecis Diodorus tribuit. Et singula quidem optime inter se congruentia haec sunt:

D. βαρβαρώτατον δ' ἔφαcαν οἱ cτρατιῶται τοῦτο διεληλυθέναι τὸ ἔθνοc.
X. 24 τούτουc ἔλεγον οἱ cτρατευcάμενοι βαρβαρωτάτουc διελθεῖν.
D. καὶ ταῖc μὲν γυναιξὶν αὐτοὺc πληcιάζειν ἁπάντων ὁρώντων.
X. 33 ἐζήτουν δὲ καὶ ἑταίραιc ἃc ἦγον οἱ Ἕλληνεc ἐμφανῶc cυγγίγνεcθαι.
D. Τοὺc δὲ παῖδαc τῶν πλουcιωτάτων τρέφεcθαι καρύοιc ἑφθοῖc.
X. ἐπεδείκνυcαν αὐτοῖc παῖδαc τῶν εὐδαιμόνων cιτευτοὺc τετραμμένουc καρύοιc ἑφθοῖc.
D. ἅπανταc δ' ἐκ παιδὸc cτίγμαcι τόν τε νῶτον καὶ τὰ cτήθη καταπεποικίλθαι.
X. 32 ποικίλουc δὲ τὰ νῶτα καὶ τὰ ἔμπροcθεν πάντα ἐcτιγμένουc ἀνθέμια.

Quibus ex rebus denuo intellegi posse arbitror, quomodo Diodorus multis certe locis historiam composuerit. Nam quod tantum abest, ut ad verbum auctorem exscripserit, ut ne ordinem quidem rerum diligenter servaverit, inde quae narratione perlecta memoria retinuerit, ratione quadam disposuisse et descripsisse eum apparet. Similiter atque a Xenophonte initio cap. 5 „διὰ ταύτηc τῆc χώραc οἱ Ἕλληνεc . . ἐπορεύθηcαν ὀκτὼ cταθμούc", pergitur a Diodoro „ταύτην μὲν οὖν τὴν χώραν ἐν ἡμέραιc ὀκτὼ διεπορεύθηcαν".

Quod insequente capite Diodorus quinquaginta, Xenophon V, 5, 5 quadraginta quinque dies Graecos Cotyorae commo-

ratos esse testatur eius modi ratione facile expediri videtur, ut illum plenum aliquem dierum numerum indicare maluisse statuamus. Ac ne in proximis quidem ea, qua par erat, cura et diligentia res a Xenophonte clare et plane explanatas in librum suum transscripsit. Nam postquam Graecos cum impedimentis Cotyora navibus transvectos (διακομισθῆναι) esse narratum est, ipse locus, quo naves appulsas esse apud Xenophontem legitur, a Diodoro ne verbo quidem commemoratur, sed quasi nulla de eo dubitatio existere potuerit, insequens enuntiatum ab his incipit, „ἡ δὲ Σινώπη" κτλ. Nec tamen ad ipsam urbem Sinopam, sed ad vicum Armenen, haud procul ab urbe situm, Graecos appulisse a Xenophonte comperimus. Atque etiam in proxima paragr., ut haec deinceps absolvam, habeo, quod Diodorum neglegentiae accusem. Etenim comparanti mihi Xenophontis et Diodori expositionem dubium non esse videtur, quin Diodorus rerum conexum parum curans liberiusque quam adversarii suspicantur Xenophontis vestigia sequens, res inter se cohaerentes quam maxime commiscuerit et perturbaverit. Debebat enim, antequam Chirisophum infecta re rediisse commemoraret, Graecos a Sinopensibus benevolentissime receptos esse exponere. Quem rerum ordinem cum parum teneret, vel etiam iniqui colloquii Graecorum cum legatis Sinopensium meminisset (V, 5, 8—12; 13—23), hanc rationem excogitavit, ut praeter exspectationem (οὐ μὴν ἀλλά) Graeci post Chirisophi illum reditum a Sinopensibus hospitio recepti esse viderentur. An Ephoro quis omnia haec vitia imputet? Immo! Sunt propria ista Diodoreo scribendi generi, qui res a Xenophonte plane enarratas liberius quam decebat, composuerit eoque obscuraverit. Singulorum autem verborum perspicua quaedam similitudo ne in his quidem desideratur:

D. 3 παρεγενήθη δὲ ἐνταῦθα καὶ Χειρίσοφος ὁ πρὸς τὰς τριήρεις ἀπεσταλμένος ἄπρακτος.

X. VI, 1, 16 Καὶ Χειρίσοφος ἐνταῦθα ἦλθε, ὁ δ' ἦγε μὲν οὐδέν.

D. φιλοφρόνως αὐτοὺς ξενίσαντες.

X. 15 οὗτοι δὲ ξένια πέμπουσι τοῖς Ἕλλησιν.

Propius etiam ad Xenophontis elocutionem accedunt proxima:

D. καὶ καθωρμίσθη πᾶς ὁ στόλος πρὸς τὴν Ἀχερουσίαν χεῤῥό-

νηcον, ὅπου φαcὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ ᾅδου Κέρβερον ἀναγαγεῖν.

X. VI, 2, 1 καὶ ὡρμίcαντο παρὰ τῇ Ἀχερουcιάδι Χεῤῥονήcῳ, ἔνθα λέγεται ὁ Ἡρακλῆc ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι.

Sed inde a § 4 Diodorus ad finem Cyri expeditionis properans quam liberrime et quam brevissime Xenophontis narrationem complectitur, ita ut, quemadmodum ad auctorem se applicaverit, si a verbis illis: „εἰc Χρυcόπολιν τῆc Καλχηδονίαc" (X. VI, 6, 38) discesserimus, vestigium nullum indagari possit. Quod autem antiqua numeri Graecorum lectio, qui superstites ad Chrysopolin pervenerunt „ἀπὸ μυρίων τριcχίλιοι ὀκτακόcιοι" a Dindorfio commutata est in „ἀπὸ μυρίων ὀκτακιcχίλιοι τριακόcιοι", ego huic emendationi astipulari non possum, quod Siculus non tam perversum illud additamentum ad Xenoph. Anab. V, 3, 3, de quo vide disputationis partem I, respexisse, quam de numero Graecorum initio expeditionis notato cogitans (XIV, 19, 6 et 7) scripsisse videtur „ἀπὸ μυρίων τριcχιλίων ὀκτακιcχίλιοι". Nam etsi numerus ille „ὀκτακιcχίλιοι" ab ipso Xenophonte nusquam diserte notatur, tamen a probabilitate non abhorrere videtur Diodorum enumerationes Graecorum (V, 3, 3; VI, 2, 16) iniuria ex nostra opinione in ipsum Xenoph. textum postea illatas spectantem et posteriora Graecorum in itinere damna (VI, 3, 5 et VI, 4, 24) secum reputantem exercitum Graecorum, cum ad Chrysopolin pervenerit, tantum ὀκτακιcχιλίοιc usum esse coniecisse. Utcumque autem res est, hoc respiciendum est, Diodori quidem, non iam Ephori aetate additamentum illud „ἀπὸ μυρίων" et omnino enumerationes illas militum V, 3, 3; VI, 2, 16, quas interpolatori tribuimus, in Xenophontis contextum inserta fuisse est credibile. Qua cogitatione permotus facere non possum, quin, si in verbis illis „ἀπὸ μυρίων" subsistendum esse placeat, Diodorum ipsum Xenophontem in manibus habuisse pro certo affirmem.

Haec sunt, quibus Xenophontem cum Diodoro comparandum esse censeam. Quae quamquam non omnibus in partibus pro certis exploratisque habentur, tantum legenti me persuasisse spero, Diodori narrationem, brevem quidem et saepe mendosam ex ipsis Xenophontis libris maximam partem esse haustam.